This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Leone Allacci

# LEONIS ALLATII
# APES URBANÆ,
ſive
## DE VIRIS ILLUSTRIBUS

*qui ab Anno MDCXXX. per totum MDCXXXII Romæ adſuerunt, ac typis aliquid evulgarunt.*

Et

## JOANNIS IMPERIALIS
Phil. & Medici Vicentini

## *MUSEUM HISTORICUM,*

*Virorum litteris illuſtrium Elogia*

Vitas eorundem & mores notantia complexum,

præmiſſa præfatione

JO. ALBERTI FABRICII.
D. & Prof. Publ.

---

*HAMBURGI, A. MDCCXI.*
apud CHRISTIANI LIEBEZEIT.

Digitized by Google

265368

Z7026
.A4

Latin 2-11-34

Digitized by Google

*Nobiliſſimo Viro*

# OANNI LOUIS,

ohannis F. Hamburgenſi,

J. U. Candidato Digniſſimo,

*S. D.*

). ALBERT. FABRICIUS.

*DUm in eo es, VIR NOBI-*
*LISSIME, ut compa-*
*ratis per clariores Belgii*
*Germaniæ Academias inſi-*
*ibus doctrinæ copiis, ad colli-*
*ndos amplificandosque porro*
*udentiæ atque eruditio s the-*
*uros iter ingrediaris per regna*
*ngius diſſita, & quicquid ha-*
*t Europa politi atq; elegantis:*
*ideo ego propemticum veluti*
*uncce ad Te librum ablegare,*

*qui conſuetudine illuſtrium doctisſimumVirorum, quorum genia mores ac monumenta illo celebrantur, non poterit T eſſe ingratus comes vel injucu dus. Confido inſuper pro Tua ine benevolentia atq; humanit te haud improbaturum Te mei hunc cum tenui licet munuſc animum, qui iſtam occaſione amplecti volui publice Tibi be ominandi, votaq; nuncupan pro felici Tuo ad penates Tuos r ditu. Faxit DEus immortalis, ſoſpes olim Patriæ redditus orn mento ſis, & magno ac peren mutuoq; gaudio Tuis. Vale. Scr pſi Hamburgi 3. Id. April. Ann Christiano cIↄ Iↄccxl.*

A

# AD
# LECTOREM.

CUm nuper uno altero-
que volumine prælis
iterum ſubjici curave-
n, legendoſque tibi exhibu-
im ſcriptores Gallos, ſive
ii de Gallis claris ingenio
Gallorum Hiſtoricis com-
entati ſunt: juvat cum
axime tecum communica-
ſynoridem librorum, è qui-
is Italorum illuſtrium noti-

Allatio autem præter ea qu
ipſe de ſe in hoc libro tradi
qui plurima alia ab eo tempo
edidit, & triginta ſex ann
poſt vixit, Anno MDCLXI
demum octogenario maj
defunctus, nolo referre hoc l
co nota omnibus: vel ex lib
notisſimis, muſeo Italico V. C
Jo. Mabillonii, Dictiona
riis Hiſtoricis Bæliano & Mo
reriano, & elogiis eruditorum
quæ Italico idiomate Laur
Craſſus atque Hieron. Ghili
nus vulgarunt, pandectisque
Brandenburgicis Heidenrei
chianis facile repetenda. Alte
quem hic vides *Johannes Imp*
*rialis* in Muſeo ſuo in quo pr
mu

ium locum eidem Pontifici Urbano
III. tribuit, ingenioſo atque eleganti
ylo tradit elogia virorum celeberri-
norum, magnam partem Italorum,
uibus tamen alios etiam nonnullos
ed non minus claros additos ab au-
tore videbis. Medicus hic & Philo-
ophus Viçentinus fuit, Joh. Baptiſtæ
mperialis, itidem Medici filius, de quo
arente ſuo quemadmodum & de co-
nato Jo. Vincentio Imperiali, Patricio
Genuenſi, plura ipſe in hoc libro com-
nemorat, teſtatus vaſtas ſe patris in
Galenum lucubrationes in lucem edi-
urum, quod factum ab eo eſſe non
commemini. Cæterum in Veneta
ujus Muſei editione, quæ unica ha-
tenus extat vulgata à Iuntis Anno
MDCXL, quarto ordine ut vulgo ap-
ellamus, occurrit etiam ſubjunctum
ejusdem Io. Imperialis Muſeum Phy-
icum, in quo animorum humano-
rum imagines ſive ingeniorum natu-
ras, differentias, cauſſasque ac ſigna



Digitized by Google

physicorum more expendere inſtitu
it: id omittendum eſſe putavi, non
quod argumentum illud non placere
mihi, ac lectu digniſſimum videretur
certiora & accuratiora ſi de eo nos edo
ceret: ſed quoniam à præſenti inſtitu
to alienum videbatur, & liber fuiſſet
nimium facturus corporis. Omiſi
etiam imagines virorum doctorum,
quas affabre deſcriptas ære, auctor
elogiis plerisque appoſuerat. Vehe-
menter enim auctum ita fuiſſet libri
pretium, ſi illas quoque adjungere vo-
luiſſem, & qui deliciis ejusmodi capi-
untur, habent multos libros quos poſ-
ſunt conſulere, atque oculos ſuos ani-
mumque paſcere. Imagini auctoris
ipſius anno ætatis 28. expreſſæ hoc ſub-
jectum eſt tetraſtichon,

*Hæc quæ picta viri fulget ſapientis imago,*
*Quod micat in reliquis continet una decus.*
*Imperialis enim doctos dominatur in omnes,*
*Ejus & imperio ſponte Minerva ſubeſt.*

Sed magis haud dubie laudant, qui laudant modeſtius. Vale.

LEONIS

# LEONIS ALLATII
# APES URBANÆ,

*ad editionem*

quam

Romæ excudit Ludov. Grignanus,

M DC XXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

# EMINENTISSIMO PRINCIPI
# ANTONIO BARBERINO,
## S. R. E. CARDINALI,
Ac Legato Avenionenſi,
**URBANI VIII. FRATRIS F.**

*Leo Allatius F.*

COMMUNI omnium ſuffragio, Princeps Eminentiſſime, comprobatum eſt illud, *Honos alit artes.* Literæ, & Virtutes, ſi quando alias, cum maxime in Urbe copioſiſſime florent. En, in miſerrima Italiæ calamitate, dum peſtis, bellumque omnia infeſtat, nec congredi homini cum

cum homine licet, dum potiſſima Europæ pars edictis ſeveriſſimis Roma excluditur, ſolique inter nos, amotis advenis, exercemur, quanta Literatorum ſeges, quot virtutis, & doctrinæ amantes Viri, monumentis editis, in proſpectum hominum producuntur! Qui id fieri potuiſſet, ſi ſtudia, virtutesque negligerentur, & non exciperentur præmiis, & honoribus cumulatisſime? Nihil hic clauſum, quod ingenia exornare posſit, experimur; nihil non obvium, quod Urbis æternæ, & Reipublicæ Literariæ decus augere valeat. Etiam non poſcentibus, ſi in rem eorum fore cognoſcuntur, latentes reſerantur Antiquitatis theſauri. Et quanquam eruditio, quæ in omnium ſcriptis nusquam non nitet, hujus rei argumento eſt; impulit me tamen Romanæ dignitatis amor, ut Scriptores, qui amplisſimum hoc Orbis Lyceum, vel paucis ab hinc annis, frequentarunt, recenſitos colligerem, eosque ſua virtute claros, veſtigator ipſe Tibi atque optimis quibusq; una conſpiciendos darem: adeoque me non Poetarum more fingere iſta ad blandiendum, meus hic liber oppido commonſtrabit. Apes Viri iidem

Digitized by Google

em ſunt circa Imperatorium illum
ıpum Trigonum, mira obedientia, con-
lobatæ: Regem ſummum, majeſtate,
on aculeo armatum, cingunt, ac prote-
unt; aſſiduique cuſtodes invigilant; &
lius alii incumbens operi, mella ſapien-
æ conficiunt: quibus ille poſtea, pro
ignitate, & merito, munia, ac munera
hpartitur. Animantur ergo præmiis,
imulantur hortationibus, &, mercede
onorifice propoſita, neque laborem re-
uſant, aut vigilias, neque ſævientis tem-
oris injurias timent. Eorum ego Ope-
ſubactæ virtutis, & eruditionis dum in
cem profero, ſummi quoque Pontificis
RBANI VIII. gloriam, ac perpetuos
nores me referre profiteor; cujus du-
ı, atque auſpiciis ipſa ſe prodit tempo-
m noſtrorum inuſitata, atque admi-
ıda felicitas. Odit enim ipſe profa-
m vulgus, & nonniſi vera ſapientia ſo-
aque, virtute præditos amplectitur;
panos ab inurbanis, quos ipſe apprime
vit, diſcriminat; & occulta, ac ſub-
a fingendis virtutibus ingenia ſapien-
dicio, & æquis ponderibus examina-
ſi minus habuerint, & in partem alte-
ram,

ram, mota, lances turbaverint, excutit: quin & regio Apum more,

*Ignavum fucos pecus à præſepibus arcet.*

Atque hoc eſt Libelli mei inſtitutum, Eminentisſime Princeps, hic ſcopus. Si virtutis præmia ſunt; ſi concluſi exeruntur, quibus res Literaria juvari posſit, Antiquitatis theſauri; ſi humanitatem Principis ingenuæ Artes, honoribus, ac commodis auctæ, teſtantur; ſapienti conſilio cenſe, cauſæque meæ tua auctoritate pondus adde; ut, ſi qui ſunt Romani nominis oſores, diſcant, in ea Viros doctos fateri, & Principem eos foventem, ac ſublevantem venerari: Teque Literatorum vindicem, & bonarum artium propagatorem maximum agnoſcentes, ſi quid ſe in literis pollere non falſo, quod arbitror, ſpondent, deſinant optime meritam Urbem inclementer inceſſere, atque à tua potius humanitate velint æquos ſibi honores, ac præmia polliceri. Vale.

AUCTORIS

Digitized by Google

# AUCTORIS
## De
# OPERE CONSILIUM.

URbem Romam, Imperii non modo dignitate, & divina ſanctionum auctoritate reliqvarum facile Principem, ſed Literatorum etiam Officinam extitiſſe, in qvam veluti in ſecurum Aſylum, & Parentis ſanctiſſimæ gremium, exules illi, ac vagi confugerent; in ſermone ſemper atqve ore omnium fuit. Illa enim eruditiſſimis hominibus, diu redundavit, veluti qvoddam Copiæ cornu, qvidqvid voluere innumeræ hominum nimiæque cupiditates, in omni ſtudiorum genere, profuſe donavit. Nunc vero,

ſi uſqvam alias, liberaliſſima ingenia, qvæ non ſolum ævo recentiori, ſed vetuſtati etiam ipſi lumen addunt, ſuppeditat, alit, & gloriæ ſtimulis, ac præmiorum illecebris in immenſum extollit. Hæc per ſe adeo perſpecta, ac cognita ſunt, non ipſi tantum Italiæ, ſed Europæ univerſæ, ac toti pene terrarum Orbi, qvi præclaris ac numeroſis Academiæ Romanæ fœtibus melior in dies, ac cultior evadit; ut, qvemadmodum Zeno motum è rerum natura ſuſtulit, nivi candorem detraxit Anaxagoras, & Soli conceſſam ab omnibus Aſtronomis magnitudinem Epicurus, non ſecus qviſpiam faciat, ſi Romam eruditionis merita laude ſpoliare velit. Adeo namqve Viris illis abundat, ut mirum ſit, & ſupra fidem, qvanta illorum copia in Aulis, in Academiis, in Bibliothecis effuſiſſime circumfluat. Eo nimirum æqva ratio illos accurrere ſuadet, ubi virtus honoribus compenſatur, & eruditionis, ac ſapientiæ ſtudia honeſtantur inter dignitates, & purpuras. Eminet Princeps,
10. Deo auſpice, ſupra humanum faſtigium, munere, & ſpecie venerandus, Phœbo, Muſisqꝫ concors, qvi labores

*——ſopit, & eripit*
*Heroas Orco, quos perenni*
*Fonte beat comitata Virtus.*

Felix, qvi tantum potuit, qvantum voluit; voluit autem plurimum, ut ab inerti, & deſidioſa ignavia ſomniculoſa ingenia excitaret, & in lucem

pro-

proriperet. Hinc manus auro, & gratiis graves occurrentibus ſemper apertas, ſemper n aliorum beneficium effuſas protendit. Viden' Literatorum cohortem, ut præmiis varia, ıt ornamentis diverſa, variam nobis, diverſamqve ſtudiorum facultatem objectat? Flamnat ille purpura, ille tiara, caput coronat, deno ille ſtipatur famulitio, illi domus ſtragulis ericis, multaqve ſupellectili nitet; alter pauo ante inops, & egens, aurum, argentumqve liis elargitur, & miſeros ſublevat. Qvis eıſmodi exercitamenta tantis onuſta muneriıs, tam grata Muſis, tam accepta Principi ıon ambiret? Qvis hanc ſpartam non coleet? Inſulſum Graculorum genus, & putidoım Cenſorum colluvies, tanti Principis in onos benignitate eliminata eſt. Namqve ım præmia in catos, ſeveroſqve veræ ſapienæ vindices, & eruditionis cultores collata ideant, dolent animo, & largitoris integritem cum fallere neqveant, & calumniis loım intercluſum eſſe cognoſcant, ſpe dejecti ıſcedunt; & irretortis oculis in cognita ſibi ica pedem referunt, ac ſuos ipſi oculos atqve ıres deponerent, ne videlicet tam egregie ſapientia meritos homines, & à Principe m munifice habitos, vel audiant, vel inſpeent: qvibus eo tantum vita longior optanda :nit, ut diuturniore invidentiæ ærumna afctentur. Sed, ut à Sole præclariſſimo diſdamus, non deſunt etiam minora Sidera,

tanti Principis amabiliſſima germina, qu
munificum ejus jubar in minutiſſimos qvosq
corrivant; nec aliqvem ſinunt in ſtudiorum
palæſtra decertantem, præmia, virtuti ſuæ de
bita, fruſtra conqvirere, adeo, ut jam ipſi
Agonothetis æqvales facti Athletæ literati (
ſummam Principis humanitatem! ò noſtri u
nius ævi felicitatem!) exigant qvidqvid ve
lint, non petant; & qvod ſemel acceperint
illud ipſum non tam beneficii loco, qvan
mercedis enumerent. Non ergo improban
tur ſtudia, nec jacent; neqve bonæ artes fri
gent, neqve hinc virtus ipſa exulatum abiit
II. qvin tuta hic Sapientum ſedes, non public
modo declamante fama exterarum gentium
qvotqvot in Orbe degunt, qvæ huic Civita
eruditionis laudem ſponte concedunt; ſed &
ipſa ſuadente experientia, qva palam fit, no
ſtrorum hominum ſtudio, ac diligentia, illu
omne, qvod clauſum, reconditumqve in p
nitioribus latuerat arcanis, apertum, ja
promptumqve fieri. Jamdudum docti & ſ
pientis Viri hanc Rempublicam regunt, & e
qvibus maxime laborat, iis maxime medentu
Illa qvidem ſatis ſibi eſſe exiſtimat, pro ſu
modulo, ad Principis nutum ſe conformaſſ
ſi qvalis ipſe eſt, ipſa eſſe non poteſt. Pulch
omnia ex ſententia verſa ſunt, cum non ine
mes, ac nudi, nullaqve cognitione rerum o
nati moderentur, ſed qvos Princeps ſuppeti
ſtrenui, prudentes, humani; doctrinarum
mnin

Digitized by Google

nnium plena pectora, Virorum lectiſſimi
lores, ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἃ φρονοῦσιν, ἐν δὲ τοῖς
ργοις ἃ ποιοῦσιν ἐπιδεικνύμενοι. Jam vero, Ro-
nanæ Academiæ laboribus, qvæ fuerunt in
pſa antiqvitate dubia, & aliorum incuria per-
lexa, ac tamdiu priſcorum mentes exercue-
ant, uti geſta ſunt videmus. Oratoriæ artis
najeſtas, Poëſeosqꝫ clara, & non inutilia lu-
nina, inſulſorum Poëtarum nugis poſtea in-
mbrata, veræ modò eloqventiæ dignitate,
probis piisqve ornata documentis, nitori
riſtino reſtituta ſunt. Humaniores ipſæ li-
eræ, & artis Criticæ cenſoria virgula, futili-
us Barbarorum ineptiis repurgatæ, docte o-
mnino & luculenter pertractantur. Qvin &
Iuſices, cæterarumqve liberalium Artium
iprà omnem ætatem cognitio viget, & fo-
rtiſſimus uſus. Nullum deniqve eſt tam
rduum Philoſophiæ axioma, nullum tam ab-
itum Medicinæ theorema, nullum adeo
bſcurum, qvà numeris, qvà figuris Mathe-
os problema, qvod in hoc Orbis Lycæo non
cutè perſpectum, ſubtiliter examinatum, re-
te tandem, & appoſitè ſolutum, explicatum-
e ſit. Qvid plura! Pronus jam habetur
liſtoriæ Eccleſiaſticæ curſus; qvo unanimem
atrum & continuam, licet diverſis tempo-
bus ac regionibus, nec uno lingvæ idioma-
ſcripſerint, in noſtræ fidei dogmatibus, ac
tibus exponendis, ſententiam callemus, ve-
t præſidium contra Novatorum technas, &

hæreſes omnino validisſimum. Jus divi
num, atqve humanum crebris, veriſq; docto
rum lucubrationibus enucleatur. Jam noſtr
Religionis myſteria, jam divinitatis arcana
12. obſcura, per ſe & abdita, faciliori exponend
methodo, amœnioriq; dicendi ſtylo, qvan
tum fas eſt humano ingenio, traduntur o
mnes omnium Doctrinarum diſciplinæ adeo
& voce, & ſcriptis monumentis excultæ ſunt
ut in illis perveſtigandis, ſi qvis non profece
rit, ingenium illi, non apparatum defuiſſ
putandum ſit. Nimirum hæc omnia fier
haud unqvam poſſent, niſi & monumentorum
antiqvorum theſauri omnibus recluderentur
& qvi ſtudiis incumbunt, ab aliis exciperen
tur humaniſſime, ingenueqve & pro captu
hominum inſtruerentur, præmiisqve oblatis
ad virtutem attraherentur etiam inviti. Non
hic inveſtigo, qvid in aliis Urbibus agatur
non aliorum conſuetudines artificis ſtater
perpendo: an benè, vel ſecus, qvi ſua provi
dent, ipſi ſciant; ſi qvis illis impoſuit, reco
gnoſcant. Apud me omnes feliciſſimæ ſunt
omnes ſtudiis, ac ſapientibus Viris affluunt
qvos ſummopere colo, & amplector, καὶ φιλ
πάντων μάλιςα; neqve eorum virtuti, ac ho
nori qvicqvam præſenti diſceptatione detra
ctum volo. Id vero qvò melius, ac facilius
præſtarem, omnino mihi cenſui enitendum,
præclara nempe, atqve inſigni Auctorum, qvi
Romæ vixerint, nomenclatura, ſermoni meo

fidem

fidem aſſerere. Qvod ut faciam, non opus eſſe exiſtimo, omnes recenſere, qvicunqve in hac Urbe jamdiu floruerunt, ex qvo imperii Literarum, & Religionis glorioſa poſſeſſione ſupra reliqvas ſeſe extulit: hoc enim aggredi moroſum omnino, ac penitus arduum videri poſſet. Sed qvo aperitus Academiæ Romanæ præſtantia eluceſcat, de nonnullis tantum, qvi, dum pene tota Europa, & potisſimum Italia bellis ac peſte conflictaretur; dum qvilibet domi ſe contineret, aditusq; Urbium peregrinis intercluderetur; ab anno MDCXXX. per totum XXXII. Romæ interfuere; ibidemqve eruditionis, & ingenie ſpecimen, Libris vel antea, vel deinceps ubi ubi evulgatis, edidere. Confido ſiqvidem, me tam ingens ipſorum agmen, tam crebras ac bene inſtructas phalanges in aciem producturum, ut non modo victoriam referre, ſed admirationem etiam ab iniqvis rerum æſtimatoribus elicere facili negotio posſim. Conficta hæc à me eſſe, neqve Scriptores, qvos hic tam copioſe recolo, intra præſcriptos temporis fines Romæ adfuiſſe, non eſt cur ſubmurmures: fruſtra enim ipſa ſibi fidem adſtruat oblocutio, qvam inſenſus virtuti livor, non ratio ac veritas ſuggerat; neqve qvod ipſe ita velles 13.
fuiſſe, res ita ex ſententia ſe habuit. Verum, licet eorum aliqvi, qvi hic à me recenſentur, nuncqvidem in vivis eſſe deſierint, ipſi tamen prædictos ad uſqve limites pervenerunt, &



Digitized by Google

anni trigeſimi partem ingreſſi ſunt; qvod Lector non gravate animadvertet. Nos ergo inſtitutum noſtrum proſeqvemur, eosqꝫ tantum enuberabimus, cum omnes non liceat, qvos aut vidimus ipſi, aut ab aliis, qvibus fides habenda ſit, viſos fuiſſe probe ſcimus. Dicemusqꝫ de ſingulis, ut eorum nomina ſe obtulerint, literario ordine, ne cui, cum primi eſſe non posſint omnes, auctoritatis qvicqvam detrahatur, prærepta fortaſſe loci dignitate. Mihi illud præterea curandum duco, ne in cujuſqvam ſcriptis, aut meritis judicium feram; nec improbem ullos, aut approbem: Non enim hic Ariſtarchi vices, ſed Nomenclatoris ſuſtineo. Et hoc nomine, non qvid ipſe cenſeam, ſed qvodnam aliorum de ipſis judicium ſit, qvidqꝫ ab aliis in ipſorum commendationem allatum fuerit, libenter refero. Hac enim potisſimum ratione videbitur ipſis Auctoribus noſtris factum ſatis, qvos ſic ornatiores, auctioresqve laudibus, in medium producam; & Libro etiam meo apte conſultum, qvi gravisſimis hiſce, diſertisſimisqve præſtantiorum Virorum teſtimoniis, veluti micantibus lapillis, diſtinctus, qvæſita ex iis luce, longe clarior & illuſtrior ſeſe in conſpectum dabit. Prodeat igitur, non Romani modo, ſed totius Orbis Literati Princeps, religione, auctoritate, eruditione, ſine exemplo, Maximus; qvi neminem ante ſe habuit, qvem imitaretur, aut poſt ſe relicturus eſt, qvi eum æqꝫ posſit imitari,



Digitized by Google

URBANUS VIII. PONTIFEX, qvi cum in minoribus eſſet, Poëſim, veteri 14.
ſpoliatam decore, & deciduam Lauri gloriam, ac ſcelerum ſordibus, fœdisqve modulis commaculatam, cultisſimorum Carminum varii argumenti editione, novo Italæ, aliarumqve nationum Pubi, qvin & graviſſimis Scriptoribus exemplo, ut ſacra Lyra monſtrum tam adverſum moribus fugaretur, antiqvæ dignitati reſtituit. Ea ſæpius aſpecta, & probata, demum Romæ, in Ædibus Collegii Romani Societatis Jeſu, multo auctiora ideoqve gratiora, & pretioſiora apud Impreſſores Cam. in 4. & 8. edita ſunt, videlicet,

*In aliquot Pſalmos, & Cantica Novi & Veteris Teſtament, Paraphraſis.*

*In Chriſti Domini, Beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum dies Feſtos Hymni, & Odæ.*

*In Viros Illuſtres Epigrammata.*

*Ac pleraq; alia, vario Carminum genere contexta, Græcè, & Latinè, quæ ubique pietatem ſpirantia homines inſtituunt ad frugem.* Omnia digna cedro, καὶ μνήμαις κυπαριττίναις ἐν τοῖς ἱεροῖς ἤδη γραφέντα. Qvicqvid hic in laudem dictum ab aliis eſt, minus fuit. Sacræ Facultatis Theologicæ Doctores Pariſienſes vocavere, etiam ante qvam illis divinæ dignitatis majeſtas affulſiſſet, *Divina*. Et vere. Poſt tot enim ætates prima, ſolaqve Romanis accedunt, qvæ venerari valeant poſteri, non imitari. Qvo-

rum, ſe laudibus exteræ nationes, & gentes creſcere certatim contendent, & jam contendunt. Niſi illa carmina in propriam verſa linguam legerint, nullas ſeſe eſſe judicant. Legunt tamen, ſed in umbra & ſomniis. Habent verba, delicias non habent. Vident ſententiam, majeſtatem non agnoſcunt: hærent rei admiratione attoniti, non deguſtant divinitatem. Jaculantur enim totum diem Interpretes, nec unqvam collineant. Græcam Princeps, ante alias, nationem beavit; qvæ ſuâ Veterum Doctorum exemplo, ſævo Tyranni imperio proſtrata, nunc perfectiora conſpicatur aſſurgere; & Athenas ſuas habere jam unde diſcant, fatetur. Ego etiam ipſe, ut, divinitate illa Carminum, è terrenis hiſce mentem erigerem, & ne aliis tantum, tamqve exoptatum, laborem ſubterfugiendo, negli-
15. gentiæ condemnarer, Odem ad Virtutem exhortatoriam, Franciſco Caroli Fratris F. ſcriptam, qvam ab ipſa Virtute dictatam diceres, Græcè carmine Pindarico verti. Verti? conatus ſum vertere. Verba dedi; Lepores, Veneres, Cultum, Candorem, Aculeos, Majeſtatem, Divinitatem ipſe certe aſſecutus non ſum. Numeri etiam Pindarici defecere. Eam tamen, qvia viſa Principi non diſplicuit, qvantula illa ſit, ut Græcis, etiam innoteſcat, hic apponimus. Hæc autem eſt;

ΟΥΡ·

Digitized by Google

## ΟΥΡΒΑΝΟΥ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΕΙΔΟΣ
## Παραινετικὸν εἰς ΑΡΕΤΗΝ

ΛΕΟΝΤΙ ΤΩ ΑΛΛΑΤΙΩ ἐξελληνισθὲν πρὸς τὸ Θ Εἶδος τῶν Νεμεονικῶν ΠΙΝΔΑΡΟΥ

### Δυωδεκάς. Α.

Νῦν ὅτ' ἔχεις μέτρον ἥβης,
Οὐδὸς ἔπεσι καταντὴς,
Αἰμύλοις κέρδεος ἄπιστος,
Καὶ δολίαισι τρίβοις,
Τὴν γ' εὐολίσθοις πέλμασιν
Ἐξανύσαι σε χρεὼν,
ΦΡΑΓΚΙΣΚΕ, ποθεινὸς ἐμοί γνωτοῦ γόνος
Σεῦ χάριν θυμαλγέσι κήδεσιν ἦτορ.
Δαίεται ἐνδομύχως
Κυμαῖνον. ἦ σεῦ κήδομαι
Καλῶς, φίλου ὡσεὶ τέκευς
Πρόφρων γενήτωρ.

### Δυωδ. Β.

Στῆθ' ἄγε, μικρὸν ἄκουσον.
Μὴ σύγε φορτικὸν ἡγοῦ
Ἐξελίττων ἔνθεν ἴχνος
Σημανέοντος ἐμοῦ
Μουσῶν διάττειν πρὸς σπέος 16
Εὔφρονος ἐκ τροχιᾶς.
Ὦ παῖ, διὰ τ' ἄγγεα, καὶ ῥωχμοὺς πέδου.
Ἔνθα χρυσείοιο κλύειν ὑπὸ πλήκτρου

Φοι-

Φοῖβον ἐπαυτόμεναι
Χορδαῖς ἔχεις, εὖτ' ἂν μέλος
Αρξωσιν ἡδέως σύνδικοι
Μοῦσαι κροαίνειν.

Δυωδ. Γ.

Ενθ' ἐλεφάντινος ᾠδαῖς
Βάρβιτος εὔνασε Μοίρας.
Εξελέν θ' Ηρώας Αιδη,
Τοὺς κομέοντ' Αρετῇ
Ολβοις περιρρεῖ σύνδρομος
Ου μεταβαλλομένοις.
Ταύτῃ δ' αἰθέρεις ὄρεος πρὸς δειράδα
Ζείδωρον, πειθήμονα Θησέα κλεινόν,
Οὔμιν ἔσεισεν ἄπο
Πολυπλάνοις οἴμαις ἄλη,
Καὶ καμπίμοις εἰλιγμένη
Πλαγχθέντα καλοῦ.

Δυωδ. Δ.

Τῶς ὑδέως' Οδυσῆα
Αυλακα νηΐ βαθεῖαν
Αρτεμέα πλώσαντα πόντου
Δέχθαι ὄπα κλοπίην,
Τῶς ἐκφυγέειν Κίρκης δέπα;
Καὶ φυτὰ κηροφόρα.
Εἰδ' ὡς γενύων ὑπερόπτης πυρφόρων
Δέρματος λείαισι κριοῦ βαθυμάλλου
Λαμπρὸν ἵησι σέλας

Στυ-

Στυγνὸς γύας πρόσθε χίσας
Ὅπλοισι παγχάλκοις βαρεῖς
Καὶ δουράτεσσι.

Αυωδ. ε. 17

Εἶπε πεπλασμένα Προίτῳ
Ξυνέτις ἄφρονι θυμῷ
Ανδρὶ τεκταίνουσα κῆρα·
Σὺν δ' ἅμα τοῖς προφέρει
Αλκὴν τρίμορφον κακτανὼν
Βελλεροφῶν χιμάραν.
Φοίβας πετάλοις ἐρύει δάφνη βροτοὺς,
Πήγασός τ' αὖ ἡδέϊ νέκταρι φέρβει.
Μῆτιν δ' ὅμως νοέειν
Τὴν ἐντὸς ἐγκρύπτει μέλι
Πρὸς γ' Αονων κηρωθὲν, οὐ
Κεῖται ἐφ' ἡμῖν.

Αυωδ. ϛ.

Νοῦν ὁμιχλώδεα Φοῖβος
Εκπετάσει. κελαδέοντος
Κλῦθι. Τὸν χρυσέῃ ἀγοσοῖς
Αμφιπέσει Αρετὴ
Κεῖνος θρίαμβον τρισμάκαρ
Ιχεπέλωρ ὀλέσας.
Οὔνιν θαλιῶν ἀβρότης κρέασων ἔλοι;
Οὔνιν ὀργῆς ἐξετίναξαν ἀκωκαὶ,
Ταὶ βοτανῶν, καὶ ὀπῶν
Αντιπροσώποις θηρίοις

Μορ-

Μορφῶσι μᾶλλον ἀνέρας
Λυγρὴν ἐς ἄτην.

Δυωδ. Ζ.

Ηνίδε δ' ὡς ἐπιληκέει
Κασταλίδων χορὸς ᾄδων
Κυνθίου μολπαῖς ὁμόφρων.
Ιχνος ἔρειδε, πάλιν
Τῶς αἰτέω, χείρων λέγει
Σοὶ ζαθέην ἰαχήν.
18 Μορφῆ κομεῦσ' ἀφελεῖ, καὶ κάλλεσιν
Εἰν ἀκόσμοις φανοτέρα, τὰ ποτ' εἶπεν
Ηρακλέη Αρετὴ,
Ηχοις ὅθ' ὑβριστήρεσιν
Θελκτήριος μελίστετο
Τέρψις κατ' ἄνδρα.

Δυωδ. Η.

Ηδ' ἑανῷ ὑπέροπλος
Πουλυτελεῖ, πλοκάμοις τε
Εκτενισθέντεσσι χαύνη
Είδαλίμη τε λίθοις
Εἰν ἀνδράσ' ἄπασι νέοις
Ως καλὸν ἱεμένοις,
Είδυῖα δοίλοις πλεκέμεν, σὺν νυκτέροις
Εξάγει τέχναισιν, ὅπῃ μέγας ἕρπει
Σωρὸς ὄφεων, παριτοὶ
Εὖτ' ἀμφιθάλλοντες φυαῖς

Ανθέ-

Digitized by Google

Ἀνθέων ἀμέτροις πρηνέες
Οἶμοι ὄασιν.

Δυωδ. Θ.

ὔσκιον ἔρνεσι δένδρον
Γαῦρον ἔφυ, μέχρις ὄρνις
Ηπύε. ἆ βᾶθι, φεῦγε
Καρπὸν ἐπηόριον,
Οἴνης τε παῖδ' ἐγκύμονα
Νεκταρέοιο ποτοῦ.
Κάλλιστα φάεσιν ἰδεῖν, πότμον τάδε
Μῆλα τεύχει. τὸν γ' ἐσορᾷς περίσημον
Ὅστε δόλοις ἀπαφεῖ,
Καὶ γὰρ βαρὺν παμφάρμακον
Ἰὸν κατακρύπτει βότρυς
Ἕρσαις ἐρυθραῖς.

Δυωδ. Ι.

Σπεῖο σύ μοι προϊόντι, 19
Τῶς φλόγες. ἠὲ σίδηρος
Σοὶ γ' ὁδὸν στρῶσουσι λείαν
Κακτοφόροις δ' ἄλας,
Δρυμοῖς τε, πέτρας, πηγάδας,
Καὶ κορυφὰς ὀρέων.
Τέρση καματώδεσιν ὥραις, καὶ κόνει
Λαμπρᾷ δύσμορφος, κροτάφων δ' ἄπο ἱδρὼς
Κλεινὸς ἐπισταλάσει.
Μόχθοισιν ἄρρηκτος μένος,

Τολ-

Digitized by Google

τόλμαις τ' ὑπερθύμοις γεγὼς
Πάντως μεγάνως.

Ἐπῳδ. ΙΑ.

Ὑψόσε ταῖσιν ἀερθεὶς
κουφοτάταις πτερύγεσσιν
Βήσεαι γλαυκῆς δι' αἴθρας
Πῦρ ποτ' ἐς ἀκάματον.
Η ταρσὸν εἰλίσσας ξένως,
Ὥστε νόημα ῥέων,
Λευκήν τε γάλακτος ἐπαΐξας πάτον
Τρέων θαλπνῶν ἐσαφίξεαι ἤθεα,
Σύννομον οὐρανίοις
Ἄστρον ξὺν ἄλλοις ἐμπρέπων
Αἴγλαισι καιναῖς, τηλόθεν
Κλέος δεδορκός.

# LEONIS ALLATII 20

# APES URBANÆ,
ſive
# DE VIRIS ILLUSTRIBUS,

Qui ab Anno MDCXXX. per totum MDCXXXII. Romæ adfuerunt, ac Typis aliqvid evulgarunt.

## A.

AËTIUS CLETUS, Signinus, Medicus, edidit,

1. *Commentarium Apologeticum.* Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1611. in 4.

2. *Dilucidationem in Aphoriſmum XXII. primæ Sectionis*, pro Marſilio Cagnato. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1621. in 4.

3. *De Chalcantho, Medicam Diſputationem.* Apud Bartholomæum Zannet. 1623. in 8. contra qvem ſcripſit David Verbetius Germanus.



Digitized by Google

AFRICANUS GHIRARDELUS Fidarden
J. U. D. publicavit,

*Hiſtoriam S. Abundii Diaconi, & Martyris*, Rom
apud Guillelmum Facciottum 1620. in 4.

AGATIUS DE SUMMA J. C. Cathacenſi
edidit Italicè,

1. *Dell' America, Canti Cinqve, con un Diſcorſo*
*pra l' Adoni del Marino.* Romæ apud Barthol
mæum Zannettum 1623. in 12.

2. *Dell' Origine dell' Anno Santo*, Diſcurſum in
Academia Cardinalis de Sabaudia habitum, un
cum aliis. Editioni parat,

21 *Compendium Concilii Tridentini cum Bullis rece*
*tiorum Pontificum ad materias Conciliares pertine*
*tibus.*

*De Jurisdictione Epiſcopi*, Tractatum, & Hetru
ſco Idiomate,

*La Vita di Pio V.*

*Un volume di Lettere.* Meditatur etiam,

*Iſtoria di Noſtri tempi.*

*Arte di ben viuere.* De eo Auguſtinus Barbo
De Jure Eccleſiaſtico lib. 3. *Agatius de Summa*
*I. C. Patritius Cathacenſis in Curia Romana ob d*
*ctrinam, & morum integritatem maxime notus, cuj*
*prudentiam, & ingenium ſemper ſum admiratus:*
Victorellus in Recenſione, *Agatius à Summa I. C.*
*ratoriam colit artem, bella carmina pangit, elegant*
*ſcribit Epiſtolas, Hetruſci ſermonis delitias novit.*

ALEXANDER CÆSARINUS Neapolitanu
edidit.

Orationem Latinam *de Adventu Spiritus ſancti*

qvan

Digitized by Google

vam habuit coram Urbano VIII. in Sacello Qvi-
inali 1631. ad Alexandrum Card. Cæſarinum,
ypis Franciſci Corbelletti in 4.

ALEXANDER DONATUS Senenſis è Societate Jeſu dedit,

1. *Carminum*, volumen primum, Romæ apud acobum Maſcardum 1625. in 12.

2. *Sveviam*, Tragœdiam. Romæ apud Franiſcum Corbellettum 1629 in. 12.

3. *Artem Poëticam*, lib. III. Romæ apud Guilielmum Facciottum 1631. in 12. Paratum habet *le Roma Veteri* librum, & alia *Poëmata*.

ALEXANDER GOTTFREDUS Romanus Societate Jeſu ſcripſit,

1. Orationem Funebrem *de Laudibus Virginii æſarini*, ad S.P.Q.R. dum in æde Virginis Capiolinæ illi parentarent. Romæ apud Zannettum 624. in fol.

2. *Effata Peripati Chriſtiani*, defenſa à Carolo Roberto Academiæ Partheniæ Principe, pro Phiosophica laurea ſuſcipienda in Collegio Romao Societatis Jeſu, Auſpiciis Ferdinandi II. Magni Hetruriæ Ducis, Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in 4.

ALEXANDER PEREGRINUS Capuanus Clericus Regularis,

*Privilegia Clericorum Regularium* in unum collegit, & ſcholiis illuſtravit. Primus Tomus editus 22
ſt Mutinæ apud Julianum Caſſianum anno 1610. n 8. Secundus ibidem apud eundem anno 1615.

2. Tractatum *de Duello*, ubi Clementis VIII.

 Bullam

Bullam explicat. Venetiis apud Petrum Duſ-
nellum 1614. in folio.

3. Tractatum *de Immunitate Eccleſiaſtica*. Cre-
monæ apud Petrum Antonium Belpierum 162
in 4.

4. Conſtitutiones etiam Clericorum Regu-
larium *Commentariis* illuſtravit. Romæ Typi
Impreſſorum Cameralium 1628. in 4.

ALEXANDER RAYNALDUS J. U. D. e
loco Radiani in Pelignis prope Ovidii Naſoni
patriam, à pueris in Bibliotheca Vaticana à ſui
majoribus in omnium diſciplinarum genere
educatus, poſtmodnm à Clemente VIII. ejusdem
Bibliothecæ Cuſtos deputatus, per triginta anno
demandatum onus exercens dictæ Bibliothecæ
inſtruendæ in non modicum Sedis Apoſtolicæ
& adeuntium commodum diligentem, & fide-
lem operam navat. Heroico inter alia ſcriben-
di genere delectatur. Plura illius hinc inde ty-
pis excuſa leguntur,

*De Sylveſtro Secundo Romano Pontifice.*

*Encomiaſticum* in Leonem Allatium ſuper
editione Exahemeri Euſtathii Epiſcopi Antio-
cheni.

*In Nuptiis Chriſtophori Celladii Nobilis Tridentini.*

Plura item penes ſe habet,

*Triumphum* Sanctiſſimi Urbani VIII. ad Late-
ranum eqvitantis.

*Paraneticon* ad Leonem Allatium, qvo eum
hortatur ad ulteriorem defenſionem Romanæ
Apoſtolicæ Sedis ſuper impoſtura Joannæ Pa-
piſſæ.

Varia

Digitized by Google

Varia *Epigrammata* in Divorum Laudem.

Opus grande, ac varium, *Iconomachiam* inſcri-
ït, qvo perſecutionem Sacrarum Imaginum,
:preſſit, & aduentum Monialium Ordinis San-
:i Baſilii Byzantio ad Urbem pro eadem cauſa
b Zacharia Romano Pontifice.

Cum ageretur de referendo in Sanctorum,
ımerum S. Carolo Borromæo tractatum con-
ripſit: *Qvod ex Sacro Cardinalium Collegio omni fe-
tempore prodierint viri ſanctitate præclari*, deditq;
ıulo V. poſtmodum Federico Borromæo Car-
nali Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopo.

Enumeravit omnia *Concilia* Romæ habita tam 23
ıpreſſa, qvam non impreſſa, adiecitqve ex Va-
:anis Codicibus ab aliis ignorata, vel derelicta,
ıdidit exemplar Scipioni Cobellucio Cardinali
nc temporis S. R. E. Bibliothecario.

Collegit exempla varia *de Romani Pontificis tem-
rali poteſtate* à B. Petro usqve ad Paulum V. cui
ırum obtulit.

Deſcripſit omnium *Epiſcoporum* ſeriem, &
:tiones qvam plurimas à Pontificatu Bonifacii
:. usqve ad hæc tempora ex variis Originalibus.

Continuavit *Indicem* Librorum Latinorum,
ri calamo exarati aſſeruantur in Bibliotheca,
aticana, addiditqve Indici Sextum & Septi-
um Tomum, cum qvinqve priores confecti
ſent à Dominico ejus fratre dictæ Bibliothecæ
ıſtode.

Confecit item *Indicem* Librorum Latinorum
ıanuſcriptorum, qvi ex Spoliis Electoris Pala-
B 3 tini

Digitized by Google

Bullam explicat. Venetiis apud Petrum Du-
nellum 1614. in folio.

3. Tractatum *de Immunitate Eccleſiaſtica.* Cre-
monæ apud Petrum Antonium Belpierum 162
in 4.

4. Conſtitutiones etiam Clericorum Regu-
larium *Commentariis* illuſtravit. Romæ Typ
Impreſſorum Cameralium 1628. in 4.

ALEXANDER RAYNALDUS J. U. D. e
loco Radiani in Pelignis prope Ovidii Naſon
patriam, à pueris in Bibliotheca Vaticana à ſu
majoribus in omnium diſciplinarum genere
educatus, poſtmodnm à Clemente VIII. ejusdem
Bibliothecæ Cuſtos deputatus, per triginta anno
demandatum onus exercens dictæ Bibliothec
inſtruendæ in non modicum Sedis Apoſtolica
& adeuntium commodum diligentem, & fide-
lem operam navat. Heroico inter alia ſcriben-
di genere delectatur. Plura illius hinc inde ty-
pis excuſa leguntur,

*De Sylveſtro Secundo Romano Pontifice.*

*Encomiaſticum* in Leonem Allatium ſuper
editione Exahemeri Euſtathii Epiſcopi Antio-
cheni.

*In Nuptiis Chriſtophori Celladii Nobilis Tridentini*

Plura item penes ſe habet,

*Triumphum* Sanctiſſimi Urbani VIII. ad Late-
ranum eqvitantis.

*Paraneticon* ad Leonem Allatium, qvo eum
hortatur ad ulteriorem defenſionem Romanæ
Apoſtolicæ Sedis ſuper impoſtura Joannæ Pa-
piſſæ.

Varia

Varia *Epigrammata* in Divorum Laudem.
Opus grande, ac varium, *Iconomachiam* inſcri-
it, qvo perſecutionem Sacrarum Imaginum
:preſſit, & aduentum Monialium Ordinis San-
i Baſilii Byzantio ad Urbem pro eadem cauſa
b Zacharia Romano Pontifice.
Cum ageretur de referendo in Sanctorum
ımerum S. Carolo Borromæo tractatum con-
ripſit: *Qvod ex Sacro Cardinalium Collegio omni fe-
tempore prodierint viri ſanctitate præclari*, deditqꝫ
ıulo V. poſtmodum Federico Borromæo Car-
nali Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopo.
Enumeravit omnia *Concilia* Romæ habita tam 23
ıpreſſa, qvam non impreſſa, adiecitqve ex Va-
:anis Codicibus ab aliis ignorata, vel derelicta,
ıdidit exemplar Scipioni Cobellucio Cardinali
nc temporis S. R. E. Bibliothecario.
Collegit exempla varia *de Romani Pontificis tem-
rali poteſtate* à B. Petro usqve ad Paulum V. cui
rum obtulit.
Deſcripſit omnium *Epiſcoporum* ſeriem, &
tiones qvam plurimas à Pontificatu Bonifacii
. usqve ad hæc tempora ex variis Originalibus.
Continuavit *Indicem* Librorum Latinorum,
ri calamo exarati aſſeruantur in Bibliotheca
aticana, addiditqve Indici Sextum & Septi-
um Tomum, cum qvinqve priores confecti
ſent à Dominico ejus fratre dictæ Bibliothecæ
ıſtode.
Confecit item *Indicem* Librorum Latinorum
anuſcriptorum, qvi ex Spoliis Electoris Pala-



Digitized by Google

tini, & Heidelberga in Vaticanam Bibliothecam anno 1623. advecti ſunt. Congeſſitqve in eo varias *Obſervationes* & *Notas*. Merito itaqve Polyhiſtor Ferdinandus Carolus Tomo I. Templ Vaticani in Bibliotheca Vaticana, capite de Bibliothecariis in fine de Raynaldorum in Vaticanam Bibliothecam opera ſcribit: *Sabæum ſequtus Federicus Raynaldus perpetuos ex ſua gente Cuſtodes peperit Bibliothecæ, qvi octoginta per annos fide ſingulari ſuam induſtriam Pontificibus approbavere. Hieronymum Sirleti, Marinum Federici fratrem, & Thomam Sirletum Gulielmi nepotem eadem ferè tempeſtate Cuſtodes Bibliotheca recepit. Dominicus qvoqve Raynaldus, & poſtea Dominici frater Alexander mira facilitate morum ſibi devinciens adeuntium animos diutius invigilarunt Bibliothecæ cuſtodiendæ. Alexander autem poſtremus in ordine vertentibus annis Balthaſarem Anſideum extulit, & Nicolaum Alemannum,* &c.

ALEXANDER TASSONIUS Mutinenſis plura edidit Hetruſca lingua,

1. *Conſiderationi ſopra le Rime del Petrarca, co confronto de' luoghi de Poeti antichi di varie lingue* Mutinæ 1609. apud Julianum Caſſianum in 8.

2. *Avertimenti di Creſcentio Pepe da Suſa, intorno alle riſpoſte date da lui alle Conſiderationi del Sig.*
24 *Aleſſandro Taſſoni ſopra le Rime del Petrarca.* Mutinæ apud eundem 1611. in 8.

3. *Dieci libri di penſieri diverſi*, Carpis apud Hieronymum Vaſchierum 1620. in 4. Hæc à Baldovino clari nominis Librorum interprete in lin

inguam Gallicam verti, ut imprimantur, retulit ihi librorum heluo Naudæus, qvi etiam eorum epiſſime meminit in Additamento ad hiſtoriam udovici Undecimi.

4. Luſit etiam carmine. Lepidiſſimum mnium judicatur Poëma illius Heroico-Comi-um, qvod *Secchia rapita* nuncupavit, ſæpius, ac nultis in locis editum. Eorundem fatorum omes liber primus ſub nomine *Oceani* perpetuo dnectitur. Editioni paravit in eadem lingua,

*Un volume di Lettere diverſe*, apud Hæredes Card. Eſtenſis.

*Della Guerra della Voltellina* lib. II. Nondum bſolvit.

*Dell' Iſtoria Eccleſiaſtica, e Secolare, riſtretta in com-endio da Chriſto nato fino à mille cinqvecento.* In qva multa aliorum dicta accuratisſime exami-nantur. Joannes Baptiſta Laurus in Orcheſtra radit, *Taſſonio ornamentum plurimum Hetruſcam lin-guam ferre acceptum*; & Antonius Qværengus Exam. Carm. lib. V. ad Eundem.

*Forſitan & ſtudio captus graviore perurges*
*Sacrum opus aſſiduus ſcriptor, qvo ingentia magni*
*Baroni brevibus claudens monumenta libellis*
*Nectarea donas Tuſca dulcedine lingua.*
*Aut feſſæ reqviem menti deſueta Camœnas*
*Suaviloqvas ad plectra vocas, pugnataqve ſævis*
*Prælia diſſidiis, Rhenumqve Padumqve tumentes*
*Cædibus ob raptam lymphis putealibus Urnam,*
*Et gentis captum Sardæ in certamine Regem*
*Concinis immiſtis ſocco ridente cothurnis.*

ALOYSIUS NOVARINUS Veronenſis Cler. Regul. ſcripſit,

1. *Electorum Sacrorum* lib. III. Primum, *Paradiſum delitiarum*, Secundum, *Circuitum Sacrum*, Tertium, *Signaculum Spirituale*, nuncupavit, editos Venetiis apud Joannem de Salis anno 1627. recuſos Lugduni 1631. à Laurentio Durante in folio. Item

2. *Matthæum expanſum*, hoc eſt, *Monita, & Notas in S. Matthæi Evangelium, & Lectionum varietatem*. Venetiis apud Joannem de Salis 1629. in 4.

25 3. Item Italicè *Martyrologium Spirituale*, cum *Onomatologia Sacra in ſingulos anni menſes*. Venet. apud eundem 1628. in 8.

Plura parat, qvæ ipſe in præfatione Electorum ad Lectorem commemorat.

*Alia multa Sacrorum Electorum volumina, qvæ huic primo nectentur.*

*Schediaſmata Sacro prophana*, in plures Tomos diſtributa.

*Amoris Delitias, ex amoris Cantico.*

*Sacrarum Formularum librum.*

*Proverbia ex Sanctorum Patrum Monumentis collecta, fuſè explicata.*

*Axiomata Phyſio-Theologica ex probæ notæ Scriptoribus prompta*, explicata, & in plura volumina diviſa.

Meditatur item *Opus in omnes Sacræ Scripturæ libros*, in qvo ita perpetuum Commentarium exhibet, ut alia ab aliis incedat via. Molitur etiam alia. De eo non minus eloqventia, qvam probitate

ıitate inſignis Franciſcus Boluitus Neapolitanus n Scriptorum Clericorum Regularium Nomen-:latore. *Aloyſius Novarinus Veronenſis Græci, He-raici & Chaldaici Idiomatis peritiſſimus, ſcripturien-is ingenii impetus ferre non ſuſtinens, in ipſo Adole-centiæ flore* Electorum Sacrorum *librum vulgavit, n qvo omnium ſcientiarum ſatellitio advocato plura ſacræ Scripturæ loca explanat brevi, & alios quoqve cuti, & feruidi ingenii ſui fœtus editurus.*

ALPHONSUS DE LEONE Neapolitanus Cler. Reg. edidit,

*Communium, ac practicabilium concluſionum con-ſcientiæ caſuum recollectiones ſub tractatu de officio, & Poteſtate Confeſſarii.* Arimini ex Typographia oannis Symbenii 1630. in 4.

AMABILIS BURZÆI *Augurium Epithalamium* n nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Co-umnæ legitur. Romæ ex Typographia Reve-endæ Cameræ Apoſtolicæ 1629. in 8.

AMBROSIUS BRANDUS Dominicanus Ita-icè Triumphum Virginis Sacratiſſimi Roſarii leſcripſit, ediditqve ſub hoc titulo,

*Trionfo della Glorioſiſſima Vergine del Santiſſimo Ro-ſario, celebrato in Roma la prima Domenica d' Ottobre dell' Anno Santo MDCXXV. nella Proceſſione ſolenne dell' Archiconfraternita del Roſario, con la nuova ag-giunta dell' ultimo Giubileo conceduto alla medeſima Ar-chiconfraternita nel fine di dette anno, & altri diſcorſi* 25 *a maggior conſolatione de' devoti, e curioſi Lettori.* Ro-mæ apud Jacobum Maſcardum 1625. in 4.

Nondum vulgavit *Ragionamenti* in Pſalmos

*Eructavit*, *De profundis*, tria Cantica, *Benedictus*, *Nunc dimittis*, *Domine audivi*, & *in Divam Virginem*, & *Paſſionem Domini.*

AMBROSIUS MARLIANUS Papienſis Canonicus Regularis Lateranenſis Sacræ Theologiæ Profeſſor edidit,

*Theatrum Politicum*, in qvo qvid agendum ſit à Principe, & qvid cavendum deſcribitur. Romæ Typis Corbelletti 1631. in 4.

ANDREAS ARGOLUS à Taliacotio edidit,

1. *Tabulas primi Mobilis*, qvibus veterum rejectis prolixitatibus Directiones facillime componuntur, ad D. Marcum Antonium Columnam. Romæ apud Guil. Facciottum 1610. in 4.

2. *Ephemerides ad longitudinem Almæ Urbis Romæ ab anno* 1621. *ad* 1640. *ex Prutenicis Tabulis ſupputatas*, addidit *Iſagogem*, & *Canones abſolutiſſimos*, *præcepta omnia Aſtrologiæ complectentes*, *&c.* Romæ apud eundem 1621. in 4.

3. *Novas Cœleſtium motuum Ephemeridas ad longitudinem Almæ Urbis ab anno* 1620. *ad* 1640. ex ejusdem Auctoris Tabulis ſupputatas, qvæ congruunt cum Danicis, Rodulphinis, & Tychonis Brahæ è Cœlo deductis obſervationibus. Additi ſunt.

*Aſtronomicorum libri tres* in qvidus plurima ſcitu neceſſaria, & perjucunda tractantur. Romæ apud Facciottum 1629. in 4. Tom. II. ad Principem Philippum Columnam.

4. *Problemata Aſtronomica.* Romæ 1604. in 4. Editionem expectant.

Com-

*Commentaria in Elementa Euclidis.*

*Tabulæ ſecundorum Mobilium ſecundum Tychonis Hypotheſes*, qvibus facili methodo Planetarum loca, tam in longitudinem, qvam latitudinem ſupputantur ad qvodcunqve tempus, redacto Martis calculo absqve tædio à ſupputatione.

*Catholicæ, & probatæ Aſtronomiæ Epitome*, qva tum pars ſphærica dilucidatur, tum Theoria Planetarum juxta Tychonis Brahæ obſervationes, & hypotheſes.

*Ephemerides Copernicea ab anno* 1640. *usqve ad annum* 1660. *completum.*

*Ephemerides Tychonicæ ab anno* 1600. *ad* 1620. *&* 27
*ab anno* 1640. *ad* 1660.

*Commentaria in libros qvatuor Ptolemæi, cum textu Græco, & Latino.*

*De novis ſtellis noſtro ævo genitis, aliisqve Phænomenis.*

*Problemata Aſtronomica olim* 1604. *Romæ impreſſa, nunc plurimum ampliata.*

*De Diebus Criticis, & Decubitu ægrorum.*

*Practica Medicinalis.* Elegantisſima ſunt, qvæ pro novarum Argolicarum Ephemeridum munere ad me Sacræ, profanæqve antiqvitatis promuscondus Melchior Incofer Meſſana miſit: *Leoni Allatio ſuo Melchior Incofer. Semper mihi tuæ gratiſſimæ ſunt, præſtantiſſime Leo, ſed maxime qvando cum munere veniunt: neqve enim metuo, ut ille, Danaos talia dona mittentes. Mittis mihi Andreæ Argoli novas Cæleſtium motuum Ephemeridas ad longitudinem Almæ Urbis, ab anno ſeculi currentis viceſimo ad qva-*

qvadrageſimum ſupputatas. Argum centoculum dixerim melius, qvam Argolum, qvi Danicas, Rodolphinas, & Tychonicas obſervationes tam accurate perviderit, nemo ut huc usqve alius, ſi recte novi periclitari. Arbitror ipſum non in tabulas, ſed in ipſa Cæleſtis ſphæra liqvidæ penetralia tot oculorum acies intuliſſe. Ridebis forſitan me ſphæra, & qvidem liqvidæ meminiſſe, qvorum alterum ſi per enallagem, alterum per metaphoram non excuſes: utrumqve phyſice dictum puta, ſed nolim modo Camerinam qvibusdam movere. Ad Argolum redeo, laudo ingenium viri, cui & bene precor ob fortunatam matheſin; nec minus ipſum fortunatum dico, qvod ad ingenium, & manus eam habuerit inſtructiſſimam Bibliothecam, in qva velut in horto Muſarum tam inſignes cum Urania fructus collegerit, nec Cæſareæ Byzantio, aut Philadelphiæ facilè inviderit. Ea eſt Cardinalis tui Biſciæ viri, ut fama loqvitur, cum manſuetioribus literis omni ſcientiarum genere excultiſſimi, cui ſi cætera defuiſſent (nihil tamen ad ſummam laudem, & meritum defuit unqvam) vel literæ ſolæ purpuram conciliaſſent; ut modo neſcias, an purpura illi plus ſplendoris, an ille purpuræ plus dignitatis contulerit. Sed qvod omnes, præſertim docti, plurimi faciant, ajunt eum eſſe humaniſſimum, & literatorum amantiſ-
28 ſimum, maxime liberalem, deniqve ſingularem hoc tempore Mæcenatem, ad ingenia, & literas promovendas natum; cujus & familia ex doctis cenſeatur, & domus pene in Lyceum evaſerit omnium cupientium ejus Bibliothecæ commoditate frui, idqve tam facili acceſſu, ut ultro ab humaniſſimo Cardinali invitentur, cui nihil accidere gratius qveat, qvam ut omnibus proſit, in omnes

tan-

Digitized by Google

*tantæ benignitatis fontes effluere, tam magnificas una, ac munificas in libros expenſas aliorum utilitati erogare: quem denique ſi hodie Æneas Sylvius vivat, vel citra purpuram Alphonſo Neapolitano æquet. Ita illi; ſed horum omnium argumentum mihi tu es, præſtantiſſime Leo, qvi à Cardinali in doctam familiam cooptatus, qvantum ingenio polles, tantum paratiſſima illa occaſione, præſentiſſimaqve liberalitate tui Principis uteris, ut felicitate tua, qvantus ille ſit patronus literarum, certiſſime atteſteris. Novi jam pridem ex docto ungue Romanum, Atticumqve Leonem: ex iſto Leone deſigno Principem illum, cui Leo ſervivit, & virtutum inſigne fuit; Hadrianum fortaſſe intelligas, qvi Aſiæ, atqve Europæ artes Romam, Romam vero, & Athenas in ſuam domum tranſtulit. In hujus compendio tu exſpatiaris ingenio, & exiguo temporis intervallo totū orbem oculis, & mente luſtras; nec eſt cur exteras Europæ Bibliothecas diſpendio adviſas, cui domi ſunt omnia, qvæ ubivis gentium pretium habent. Idipſe mihi teſtaberis, qvi nuper in Germaniam profectus, inſtar Homirici Ulyſſis multorum hominum Urbes vidiſti, & mores cognoviſti, Palatinam Heidelbergenſem Bibliothecam, propter qvam ad Urbem advehendam miſſus eras, ſic luſtraſti, ut qvanti te Cardinalis tui cenſum ſine cujusqvam invidia æſtimare oporteat, facilè didiceris. Gratulator ſane tuæ felicitati, & magno literatorum bono; habes enim unde præclara ingenii monumenta, qvod facis, ad poſterorum utilitatem, nomen vero tuum, & Cardinalis tui meritiſſimam famam dirigas ad immortalitatem. Sed non diſſimulabo, non nihil invidiæ mihi ſubire, minime à Siculis contractæ, ſed, qvæ ſimile bonum cupientes,*

tes, ſolet inceſſere. Multa enim hic mihi parantur, ſed
librorum penuria, qvibus tu abundas, affecta potius,
qvam perfecta. Cœlum Siculum ingeniis eſt faventiſſi-
29 mum, ſed Mæcenates literatorum pauci, id propter, &
Bibliothecæ, in qvas opportune divertas, raræ. Fuit
aliqvando Meſſana literarum altrix, qvæ multos etiam
ex Italia, ſed Bembum imprimis, poſtea Cardinalem,
excivit, ſub Conſtantino Laſcari Græce erudiendum.
Hodie à vetere gloria non parum deſcivit, iis opinor de
cauſis, qvas Tacitus ad Maternum perſcribit, ut qvi
Sibyllæ folia rurſum qværat, vix Martianam Phyliram,
aut potius Horatianam papyrum inveniat. Utinam
mihi tecum eſſe liceat, & tui Principis humanitate,
tuaqve inprimis docta diligentia uti in iis, qvæ à meri-
diationibus ad lucernam revocavi, quorum catalogum,
ni fallor, jam habes. Cruciarer animo, niſi ſpes eſſet
reviſendæ aliqvando Urbis, qvæ me diu literis aluit: ea
ſi non decollet, tecum ero, tuas delitias deguſtabo, in-
terea moram patientem impetraturus à munere, plane
in tempore miſſo, dum ad Matheſin, qvam hic longo in-
tervallo poſt Maurolycum primus reſumpta ſparta pu-
blice profiteor, non parum inde videam accedere: qvo
etiam nomine gratias tibi habeo qvam maximas, &
noſti cui tabulæ manum adjecerim, nec Theologicæ præ-
lectiones adeo diſtringunt, qvin huc ſubinde libenter de-
flectam: aveo tamen Eccleſiaſtica, & qvæ ſine ſcabredi-
ne, ut cum Hieronymo loqvar, ſeſe offerunt. Nunc mi-
hi ſub prælo eſt argumentum Epiſtolæ B. M. Virginis ad
Meſſanenſes datæ, novum opinor multis extra Siciliam,
ſed mihi etiam opus tumultuarium, & properatum.
Ubi Typographus extremum apicem fixerit, curabo vi-
ciſ-

Digitized by Google

*ciſſim, ut habeas. Neqve tamen velim ex eo de poſte-rioribus curis te facere conjecturam. Vale mei apud Deum memor, & ut facis me amare, perge. Meſſanæ Kalend. Julii* 1629. Legitur etiam Græcum noſtrum in illius Ephemeridas Epigramma:

Διοσαὶ μὲν πρὸς Ολυμπον ἐπιθύνοντο πορεῖαι,
  Οὐδ' ἄλλως Μακάρων ἀμβατὸς ἦεν ἕδρα.
Τῆς μὲν λεῖα πρόσωπα σοφός τ', ἄσοφός τε βεβήκει
  Προυτενικῆς ἐπικλην, καὶ κλεος οἷον ἔχον.
Η δ' Τυχῶνος ἐην μαλα δύσροπος, οὐδέτις ἀνδρῶν
  Ποσσίν ἔβη, ἀθεναροῖς κἄν φίλος Αθανάτοις.
Προυτενικὴν πρώτιστα πανευμοίροισιν ἐπ' ἔργοις
  Εισπεράσας, φθονεροῖς ὕψον ὄφελλε μέγα.
Νῦν δ' Τυχωνείη πολὺ λώιον ἀντιβολήσας 30
  Αργόλιος, σκολιὰς ἐξεκάθηρε πάτους,
Καὶ πάντεσσιν ἔθηκε περόασιμον, ἔνθεν ἀτρέστως
  Πᾶς τις πειρῶται αἰθερίους θαλάμους.
Καὶ τειρέων ἐμέτρησε πλάνους τ', ἀπλανεῖς τε κελεύθους
  Ηδέτ' ἐφημερίοις ὡροθέτησε κύκλους,
Εσσόμενόν τ' ἀγόρευσεν, ὁδ' αὖ ἔξαρχος ὁδεύει
  Εσμοῖς γαυριόων, ἀλλὰ μεθεσπομένοις.
Ευχρηστος μερόπεσσι πολὺ πλέον, ἤπερ Αχαιοῖς
  Παλλὰς, Τρώεσσ' Ἄρης, ἠδὲ Θέτις Κρονίδῃ.

Hæc Franciſcus Lucidus amicus meus non ineleganti ſua verſione meliora fecit.

*Sunt geminæ aſtrigero ſiſtunt, qvæ ſemitæ Olympo,*
  *Illa nec ad ſuperos, qvæ ferat, eſt alia.*

*Mob-*

*Mollem, Prutenicam dicunt qvam nomine doctus,*
*Indoctusqve ſubit, qvos ſua palma manet.*
*Altera difficilis, qvondam monſtrata Tychone,*
*Haud ulli eſt hominum munere trita Deum.*
*Prutenicam ingrediens fauſto pede primus, adauxit*
*ARGOLUS invidiæ pabula triſtifica.*
*Nunc autem meliora edens, ductore Tychone*
*Explicat ambiguum, molleqve reddit iter.*
*Hinc adeo patefacta via eſt, ut nemo per altum*
*Æthera non ſuperum tentet adire domos.*
*Nemo vagos meditans curſus, ſtabilesqve recurſus*
*Non etiam certas cudat Ephemeridas:*
*Atqve canat ventura ſimul, ſed nobilis antè*
*Incedens cœtus ARGOLUS unus ovat.*
*Utilior multo mortalibus iſte, Pelasgis*
*Qvam Pallas, Phrygibus Mars, Thetis ipſa Jovi.*

ANDREAS BAJANUS Officio Sacerdos, genere Luſiada patria Goanus Orientalis Indiæ Metropoli, literis Theologus Baccalaureus Conimbricenſis, Græcis non jejune, neqve Latinis vulgariter eruditus, qvi etiam non obſcuri nominis Orator, & Poëta, ut ejus prædicant, & teſtantur opera, multa conſcripſit, nonnulla edidit, cætera qvoqve Deo duce, & vita comite editurus. Edita ſunt,

31 1. Oratio *de S. Joanne Evangeliſta*, habita coram Paulo V. in Sacello Vaticano. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1610. in 4.

2. Oratio habita Velitris coram Populo &

Clero

lero *in Erectione ejus Diœceſani Collegii.* Romæ pud eundem 1612. in 4.

3. Panegyricus *de Joanne Zamoſcio* Cancellario olonię. Romæ apud Bartholomæum Zannetum 1617. in 4.

4. Panegyricus *de S. Philippo Nerio* ſine verbis, rimum & novum Auctoris artificium, dictus Jrbeveteri in ejus Baſilica, in eadem Urbe apud inaldum Ruulum 1619. in 4.

5. Dictata qvam plurima *in Antiquæ Urbis ſplendore*, in eadem Urbe apud Jacobum Laurum ejus roluminis Auctorem, qvi & Iconas, & literas in os incidebat anno 1612. in folio.

6. *Epiſtola* una ad Joannem Baptiſtam Laurum b acri judicii viro Antonio Qværengo, & aliis iris doctiſſimis commendata, quæ legitur in ſecunda Epiſtolarum Centuria ejusdem Lauri. Peruſiæ ex Typographia Auguſta 1618. & deinde Romæ apud Andream Phæum in 8.

7. *Elogium in Coronationem Urbani VIII.* Romæ apud hæredem Zannetti 1623. & poſtmodum in Collectaneis Auguſtini Barboſæ.

8. *Ecloga* artificioſa in adventum Card. de Yoroſa. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1613. n 4.

9. *Doctrina Card. Bellarmini*, in Elegos latinos raducta. Romæ apud eundem 1612. in 8. Eam laudat Andreas Victorellus in Officio Curati.

10. Poemata tria unum ad Paulum V. ter Acroſtichum initio, medio, & fine, tria contexens carmina hujusmodi.

*Creſcere cum nequeas titulis ſanctiſſime Paule*
*Annorum creſcas numeros, & ſecula vivas*
*Vivas, æternum tandem victurus Olympo.*

Romæ apud Maſcardum 1610. in fol. Aliud ini-
tio, & fine Acroſtichum *ad Scipionem Cardinalem*
*Burgheſium*, continens hinc & illinc ejuſdem
Domini nomen dignitatem, & cognomen, quæ
duo Angelus Rocca Epiſcopus Tagaſtenſis à
ſacris Pontificiis, ut ſingularia, ſua annotavit ma-
nu, ut in ejus variis manuſcriptis videre plane
eſt. Tertium eodem modo in obitum Marga-
ritæ Reginæ Hiſpaniarum, cui & Epigramma
32 addidit, cum textura tali, *Margarita mortem cum*
*vita, & regnum terreſtre cum Cœleſti commutavit.*
Ibidem.

II. Poëma inſcriptum *Cardiographia.* Romæ apud Jacobum Laurum 1624. inſtar cordis in laudem Cordis S. Caroli Borromæi tunc Romam translati promiſcue hexametris, pentametriſqve contexta ſexies Acroſtichos occurrentibus, interſecantibus, & componentibus *Cor mundum creavit in Carolo Deus, & Spiritum rectum innovavit in viſceribus ejus* cum argumentis, hoc eſt, ut vulgo loqvar, impreſſis, qvas ipſa continebant carmina, ad margines extractis. Extat Epiſtola Federici Borromæi Cardinalis ad Auctorem ſcripta Mediolano Kalend. Auguſti 1612. in hæc verba: *Magis ne debeam ingenii acumen, an pietatem in tua S. Caroli Cardiographia mirari, incertus hærerem, vir clariſſime, niſi alterum ex altero ſeqvi, & pietatem eſſe præſtantiſſimarum rerum parentem, & quaſi altri-*

*m cognitum mihi eſſet, penituſqve exploratum*, &c. Nonnulla etiam Epigrammata, qvæ collegit, tiisqve mandavit, Patritius Fattorius civis Romanus, qvi etiam ſuas lucubrationes adjunxit. Romæ apud Zannettum 1614. in 4.

12. Multa qvoqve Epigrammata, & Odæ in laudem Auctorum expreſſo nomine per annos XX. obiter ab ipſis accerſita, Romæ & alibi apud diverſos Typographos. Epigramma in laudem Lauri, & Fragmentum carminis ex tertio *Itineris Lauretani*, nondum ab Auctore editi, laudantur ab eodem Lauro in libro de Annulo pronubo Virginis.

13. Multa item dictata, Præfata in dedicatione diverſarum Theſium, literæ nuncupatoriæ libris Auctorum præfixæ, apud diverſos Typographos. Elogia, Inſcriptiones, & Epitaphia, ab amicis reqviſita, tum in marmoribus, tum etiam in metallis inciſa diverſis temporibus, per annos circiter viginti, alieno, vel ſuppreſſo nomine Auctoris.

Edenda porro penes ſe habet.

*Orationum*, volumina duo.

*Elogiorum*, verſu, & proſa, ſententiis, alliterationibus, & antithetis referta, Tom. II.

*Epiſtolarum ad diverſos*, volumen unum.

*Carminum diverſorum*, volumina duo.

*Hortum ſimplicium puerorum Martyrum, & Confeſſorum, cum naniis, elogiis, & hiſtoriolis.* 33

*Iter Lauretanum*, uno volumine Elegiace.



Digitized by Google

1. *De Angelorum cuſtodia*, lib. II. ad Paulum V. Patavii apud Petrum Paulum Tozzium 1605. in 4.

2. *Della Coſtodia delli Angeli, breve trattato per perſone ſpirituali*, à ſuperiori diverſum. Venetiis 1616. in 8.

3. *Annotationi nelle lettioni della Divina Scrittura dell' Officio dell' Angelo Cuſtode*, in 8.

4. *De Extrema Unctione*, ad Paulum Sfondratum Card. S. Cæciliæ. Patavii apud Laurentium Paſqvatum 1609. in 8.

5. In Manuale Martini ab Azpliqveta Navarri *Notas*, & *Appendices*, ad Cardinalem Burgheſium. Venetiis apud Marcum Guarinum in 4.

6. *De Miniſterii*, & *Operationi Angelice*, lib. VI. Cardinali Burgheſio. Vicentiæ apud Petrum Paulum Tozzium 1611. in 8.

7. In Aphoriſmos Confeſſariorum Emmanuelis Sà *Annotationes*, & *locorum indicationes*. Brixiæ apud Joannem Baptiſtam & Antonium Bozzolum 1609. Romæ deinde ſæpius, & aliis locis.

9. In Inſtructionem Sacerdotum Card. Toleti *Annotationes*. Venetiis ſumptibus Petri Pauli Tozzii 1604. in 4. Alibi etiam in Gallia diſtincto volumine editæ fuerunt. Eædem multis additis cum *Inſtructione* ſuis locis poſitæ prodierunt, bis Romæ apud Hæredem Zannetti, ſæpius Venetiis apud Marcum Guarinum, & alibi in 4.

9. *Glorioſe Memorie della Beatiſſ. Vergine Madre di Dio &c.* Romæ Typis Guillielmi Facciotti 1616. in 8.



Digitized by Google

10. *Hiſtoria de Jubilei Pontificii*, Cardinali Barbe- 35
ino. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1625. n 8.

11. In librum *de Officio Curati*, Joannis Baptiſtæ 'oſſevini *Notas*. Venetiis apud Antonium Turi- ium 1612. & Patavii, & alibi.

12. Ad Vitas Pontificum, & Cardinalium Al- hhonſi Ciacconii *Additamenta*. Item, Vitas Sum- norum Pontificum Leonis XI. Clementis VIII. Pauli V. Gregorii XV. Urbani VIII. & multorum Cardinalium addidit. Ejus ſtudium, & vigilias in conſtruendo hoc opere Epiſtola noſtra ad Bernardinum Biſciam præſtantiſſimæ indolis a- dolefcentem, conati ſumus exprimere. Omnia ſimul edita ſunt Romæ apud Impreſſores Came- rales in fol. Tom. II.

13. In libellum de Sacramento ordinis Marti- ni Furnarii è Societate Jeſû *Notas*. Venetiis apud Marcum Guarinum 1622. in 4. & Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1625.

14. *Carmina*, variis in locis ſparſim edita.

Præ manibus habet, aliqvando etiam editurus.

*De Officio Parochi.*

*De Caſibus reſervatis.*

*De Sacris Reliqviis.*

*De Miſſæ Sacrificio.*

*Varias Diſputationes Theologicas morales.*

*Variorum, volumen.*

*Obſervationes ad nonnullas Romanorum Pontificum Vitas.*

*Vitæ, ſeu Elogia hiſtorica nonnullorum Cardinalium S.R.E.*

*Exemplorum Cardinalium virtutes exprimentium, librum.*

*De rebus à Venetis præclare geſtis.*

*Bonifacius VIII. Pont. Max. ex bonæ notæ Scriptoribus defenſus. Cardinalium exercitibus præfectorum defenſio.*

Legi in Eundem cultiſſima Baltaſſaris Bonifacii Rodigini carmina, ea ſunt:

*Sacræ ſummus apex doctrinæ, qvomodo tandem*
*Victorelle vales? Sit tibi multa ſalus.*
*Diſcipuli ſalvere ſat eſt, dixiſſe Magiſtri,*
*Haud opus εὖ πράττειν cum bene ſemper agas.*
36 *Nec male forſan ages, carmen ſi legeris iſthuc,*
*Qvi meliora bonis, vel mala ſæpe facis.*
*Qvod ſi tam parvum non dedignabere munus,*
*In manibus poterit grandius eſſe tuis.*

## Ad Eundem.

*Sollicitas, inſomnes amat Victoria curas,*
*Edidit hoc ſacro Delphicus ore Deus.*
*Nomine cum VICTOR claræ de ſtirpe voceris,*
*Niteris, & factis VICTOR, ut eſſe qveas.*
*Turpe tibi vitium, rudis & inſcitia victa,*
*Mentis, & ingenii, binus hic hoſtis erat.*
*Et merito jam VICTOR ovas, VICTORq; triumphas,*
*Magne Vir, & vere nomine digne tuo.*
*Te ſiqvidem docuit poſſes ut vincere monſtra,*
*Abſtinuiſſe pudor, ſuſtinuiſſe labor.*

## Ad Eundem de Angelis iterum ſcribentem.

*Sanctorum liceat laudes extollere Sanctos,*
*Deſcribatq; Choros Angelus Angelicos.*

Hono-

Digitized by Google

onorifica de illo mentio fit à Joanne Michae-
Vim-Bodino in Medico Animorum, Biblio-
eca Valentina, & alibi: *Andreas Victorellus in Hi-
ria Eccleſiaſtica valde peritus, & in Theologia, quæ
l mores ſpectat, explicanda cum laude verſatus; quas
genii dotes mirifice exornant candor in moribus, ac
i humanitas ſingularis. Ex cujus operibus nos non
nel in noſtris exornandis adjutos ingenue profitemur.*
Stephano Bubalo in opere Anglico, *præclarè
iam hac de re Andreas Victorellus, ut ſemper.* &c. *Plu-
etiam erudite Andreas Victorellus in aureo libello,
e cuſtodia Angelorum.* Virgilio Ceporio in Vita
. Aloyſii Gonzagæ, *Teſtis eſt prolixa juxta ac ele-
ns meditatio, quam P. Vincentius* &c. *& Andreas Vi-
orellus Doctor in eruditis ſuis libris, De cuſtodia An-
lorum, &c.* Joanne Lorino Commentariis in E-
iſtolam S. Jacobi, Antonio Poſſevino in Addi-
onibus ad Apparatum Sacrum, Reverendisſi-
io Merlino Rotæ Auditore in quadam Deciſio-
e, Baltaſare Bonifacio in libello Carminum edi-
orum. Et *Antiquitatis Eccleſiaſticæ peritisſimus*,
b Antiquitatis item Eccleſiaſticæ peritiſſimo Jo-
epho Maria Suareſio in Corollario in librum
anvinii, De conſecrando Agnos Dei, nuncu-
atur.

ANGELUS ALBANUS Urbevetanus edidit 37
alicè,

*Innamoramento di doi fideliſſimi Amanti Paris, &
ienna.* Romæ apud Ludovicum Grignanum
626. in 12.

ANGELUS AMATUS Aſculanus edidit,

*Ariſtee, Favola Paſtorale.* Romæ apud Jacob[o] Maſcardum 1628. in 12.

ANGELUS GABRIELLUS Nobilis Ven[e]tus edidit Italicè,

1. *Lettere di Complimenti ſemplici, & una ſcelta Rime del medeſimo Auttore.* Brixiæ apud Bartho[lo]mæum Fontanam 1621. & alibi ſæpius in 12.

2. *Lettere di Complimenti ſemplici parte ſecond[a]* Maceratæ apud Petrum Salvionum 1631. & ali[bi] ſæpiſſime in 12.

3. *Maria Vergine ritratta nelli fiori del Vecchio Te ſtamento, Poema Sacro, Canti dieci.* Venetiis apu[d] Hæredes Petri Farri 1628. in 12.

4. *La Diſperatione di Giuda, Poemetto.* Ibidem apud eoſdem.

5. *Geloſia Favola, Paſtorale.* Ibidem apud eoſdem.

6. *Ciro, Tragedia.* Ibidem apud eoſdem.

7. *Scherzi, & Artificii.* Ibidem apud eoſdem.

8. *Duelli di Complimenti.* Ibidem apud eoſdem.

9. *Pentimenti pietoſi.* Romæ apud Andream Phœum 1632. Scripſit etiam, ſed non edidit. *Summam Summarum in regulas redactam*, &,

*Le Origini, e li Progreſſi delli Potentati di Europa.*

ANGELUS GALLUTIUS Societatis Jeſu edidit,

1. Orationem *in funere Scipionis Cobellutii S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Suſannæ.* Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1626. in 4.

2. Orationem *de S. Roſalia*, habitam à Joanne Maria

[aria Roſciolo in Aula Collegii Romani. Romæ
29. in folio.

ANGELUS MARIA CHERUBINUS Flavii herubini frater, Monachus Caſſinenſis, cœ-um à Laërtio Patre volumen *Conſtitutionum* varundam, & multarum Gregorii XV. & Urbani III. perfecit, editum Romæ ex Typographia amerae Apoſtolicæ 1632. ad Urbanum VIII. in olio.

ANGELUS VICTORIUS Balneoregienſis Medicus dedit,

Medicam diſputationem *De palpitatione cordis,* 38
*ractura coſtarum B. Philippi Nerii.* Romæ Typis Cam. Apoſt. 1613. in 4. Reliqvit præterea. *Conſilia Medica.*

ANGELITA SCARAMUCCIA edidit,

1. *La Stratonica, Tragicomedia.* Venetiis apud Marcum Antonium Zalterum 1616. in 12.

2. *Gli Amori concordi Comedia.* Maceratæ apud Petrum Salvionum 1618. in 12.

3. *Il Garbuglio, Comedia.* Maceratæ apud eundem 1624. in 12.

4. *La Schiava di Cipro, Comedia,* Maceratæ apud eundem 1624. in 12.

5. *La Vagante d'Egitto, Comedia.* Romæ apud Petrum Salvionum 1631. in 12.

ANNIBAL PALMUCCIUS Patritius Macer. U. J. D. edidit,

*Triumphum Pietatis de S. Ivone Pauperum Advocato,* Panegyricum. Romæ apud Ludovicum Grignanum 1629. in 4.

AN-

ANTIOCHUS BRUNDO Calaritanus edidit *Commentaria in Apocalypſim*, Tom. II. in folio.

ANTONIUS CEDLIUS Ordinis Prædicatorum ex univerſa Sancti Thomæ Theologia *Sacros Flores*, *de Gratia*, decerpſit, ediditqve Romæ apud Hæredem Bartholamæi Zannetti 1629. in 4.

ANTONIUS ABATUS in Nuptiis DD. Gaſparis de Torres, & Mariæ Serlupæ Italicè Epithalamium carmen, qvod *Hymenæum* vocavit, conſcripſit. Romæ apud Franciſcum Caballum 1631. in 4.

ANTONIUS AIOSSA Neapolitanus Cler. Regul. vulgavit,

Diſputationes *De auguſtiſſimo individuæ Trinitatis Myſterio*, in Summam D. Thomæ de Aqvino, ad D. Franciſcum Perettum. Romæ apud Franciſcum Caballam 1631. in folio.

Hodie vigilat Philoſophicis lucubrationibus edendis. Eum Boluitus vocat, *virum profundæ ſpeculationis*.

ANTONIUS BRUNUS plura Italicè cecinit ſæpius apud diverſos Typographos, cuſa, præcipua ſunt,

1. *L' Epiſtole Eroiche*, lib. II.
2. *Le tre Gratie.*
3. *La Ghirlanda.* Urbini Ducis Elogium.

39 4. *Il Preſagio.* In Nuptiis Principis Venuſini.

5. *Per la Pace d' Italia*, Canzone.
6. *Le Veneri.* Neqve annum, neqve locum Editionis hic noto. Hæc enim una res turbat Typographos, ne unus ab alio in prædictorum operum

rum

Digitized by Google

am editione negligentior, fructum, ac commoda, qvæ ſibi inde certiſſima expectat, amittat. Utinam etiam, qvæ ſibi ſoli fovet, in vulgus emitteret. Namqve audio penes eum latere.

*Le Riſpoſte all' Epiſtole Eroiche.*

*Le Metamorfoſi Poema in Ottava Rima.*

*I Faſti Poëſie Liriche.*

*Muſeo Poëſi Liriche.*

*Radamiſto*, Tragœdiam, & ſoluta oratione.

*Due volumi di Lettere*, alterum Urbini Ducis, & Cardinalis Gypſii nomine, alterum ſuo conſcriptum.

*L'Academico.* In eo plures Orationes, ac Diſcurſus Academici continentur. Ego prius illius Gratias Epigrammate ſalutavi.

Μνημοσύνης θύγατρες χαρίτων ἔφαν ἦμεν ἀτερπεῖς
Ἐσμόις. ἐ γδ ἔχειν ἀρχὸν ἑῶν ὀάρων.
Κεῖνας Πυρήνηντε, καὶ ἐς Πίμπλειαν ἰούσας
Ἰθύνειν Λητοῖς Αἰγιόχου τε παῖς.
Ὠχθισαν Ευρυνόμης φίλα φαεα. πρὸς δὲ γενεὶς
Ορκίζει γενέτην ὕβριν ὅπως ἐλάσῃ.
Νεῦσε καταῤῥέζων, χαρίτεσσί τε βραῦνον ὀπάζει
Τόσσον ἔμεν τόσσαις ἔργου ἔπους τε πρόμον.
Τόσσων Λητοΐδου προφερέστερον. ὅσσον ἀρείους
Πιερίδων Χάριτες, παρθένοι αἰνογάμων.

Et nunc ejus Veneres carmine Pindarico veneratus ſum.

Ωγυ-

ANTIOCHUS BRUNDO Calaritanus edidit *Commentaria in Apocalypſim*, Tom. II. in folio.

ANTONIUS CEDLIUS Ordinis Prædicatorum ex univerſa Sancti Thomæ Theologia *Sacros Flores*, *de Gratia*, decerpſit, ediditqve Romæ apud Hæredem Bartholamæi Zannetti 1629. in 4.

ANTONIUS ABATUS in Nuptiis DD. Gaſparis de Torres, & Mariæ Serlupæ Italicè Epithalamium carmen, qvod *Hymenæum* vocavit, conſcripſit. Romæ apud Franciſcum Caballum 1631. in 4.

ANTONIUS AIOSSA Neapolitanus Cler. Regul. vulgavit,

Diſputationes *De auguſtiſſimo individuæ Trinitatis Myſterio*, in Summam D. Thomæ de Aqvino, ad D. Franciſcum Perettum. Romæ apud Franciſcum Caballum 1631. in folio.

Hodie vigilat Philoſophicis lucubrationibus edendis. Eum Boluitus vocat, *virum profundæ ſpeculationis*.

ANTONIUS BRUNUS plura Italicè cecinit ſæpius apud diverſos Typographos, cuſa, præcipua ſunt,

1. *L' Epiſtole Eroiche*, lib. II.
2. *Le tre Gratie.*
3. *La Ghirlanda.* Urbini Ducis Elogium.
39 4. *Il Preſagio.* In Nuptiis Principis Venuſini.
5. *Per la Pace d' Italia, Canzone.*
6. *Le Veneri.* Neqve annum, neqve locum Editionis hic noto. Hæc enim una res turbat Typographos, ne unus ab alio in prædictorum operum

am editione negligentior, fructum, ac commoda, qvæ ſibi inde certiſſima expectat, amittat. Utinam etiam, qvæ ſibi ſoli fovet, in vulgus emitteret. Namqve audio penes eum latere.

*Le Riſpoſte all' Epiſtole Eroiche.*

*Le Metamorfoſi Poema in Ottava Rima.*

*I Faſti Poëſie Liriche.*

*Muſeo Poëſi Liriche.*

*Radamiſto*, Tragœdiam, & ſoluta oratione.

*Due volumi di Lettere*, alterum Urbini Ducis, & Cardinalis Gypſii nomine, alterum ſuo conſcriptum.

*L'Academico*. In eo plures Orationes, ac Diſcurſus Academici continentur. Ego prius illius Gratias Epigrammate ſalutavi.

Μνημοσύνης θύγατρες χαρίτων ἔφαν ἦμεν ἀτερπεῖς
 Ἐσμόις. ἐ γδ ἔχειν ἀρχὸν ἑῶν ὀάρων.
Κείνας Πυρήνηκτε, καὶ ἐς Πίμπλειαν ἰούσας
 Ιθύνειν Λητοῖς Αἰγιόχου τε παῖς.
Ωχθισαν Ευρυνόμης φίλα φάεα. πρὸς ἢ γενεὶς
 Ορκίζει γενέτην ὕβριν ὅπως ἐλάσῃ.
Νεῦσε καταῤῥέζων, χαρίτεσσί τε θρόνον ὀπάζει
 τόσσον ἔμεν τόσσαις ἔργου ἔπους τε πρόμον.
Τόσσον Λητοΐδου προφερέστερον. ὅσσον ἀρείους
 Πιερίδων Χάριτες, παρθένοι αἰνογάμων.

Et nunc ejus Veneres carmine Pindarico veneratus ſum.

Ωγυ-

*dio tam faſtidioſæ aſſiduitatis victi, quod tam pron... eſt, omnibus occurrunt, omnes juvant. Vidi ea in Bi... bliotheca aliqvot mihi notiſſimorum Autographos lib... res, in iis Torqvati Taſſi. Probavi Chirographum. Li... teris utitur claris, interpunctionibus diligentisſimis, ver... ſus diſtincti.* Ογδοάδες *illæ divini operis tam concin... ne diſtinctæ, ut ingenium in iis contemplere, grave, grande, perfectum tamen ſtudio, & labore. Narro ti... bi. Antonio Bruno meo, auctor ſis, ut qvæ tam illuſtria carmina, ſive cecinit adhuc, ſive meditatur, huc trans... mittat, poſteritati, non dicam, ſed immortalitati, hinc transmittenda. Scio eqvidem illa, ſemel famæ per ty... pos, & publicæ notitiæ commiſſa, ſine ullo vel Ambro... ſianæ, vel (ignoſcat Romanum faſtigium audaciæ) Va... ticanæ Bibliothecæ præſidio, ætatem latura, & poſteri... tati etiam ſuperfutura: Et, ſi populatrices illæ extre... mi rerum omnium funeris flammæ, parcere cuiqvam rei, ſcirent, audeo dicere, de poſtrema illa qvoqve con... flagratione, victoriam eſſe reportatura. Sed tamen, eſt omnino aliqvid, etiam mortuis, brutisqve rebus, purpura, & auro, ſi non veſtiri, certe circumfoveri, & omnino ſplendeſcere; & præconem habere non unum ex trivio, ſed ſelectum è Collegio (Ambroſianum Collegium ſcis illi Bibliothecæ præſidere) ſuccinere ſpectatoribus hic ille. Scis veſtra illa Demoſthenica,* ἐκεῖνος εἶ. *Sane Al... lati, abſit verbo injuria, nullius in hac nobiliſſima Ita... liæ plaga, vatis carmina tanto in pretio ſunt. Unus Brunus hic legitur, unus auditur, unus canitur, unus canit. Scis me Italica hæc noſtra non multum callere, qvamqvam aliqvid etiam in hoc genere me videre, mul...*
42 *ti velint. Ego multa vidiſſe, legiſſe, audiſſe non diffi... teor.*

*re? Sed tamen iſti noſtri Apollinis Italici aſſeſſores ita dicant. Nihil Bruni carmine elegantius, nihil flori- … perenne; Neque vero ſine fruge. Solide ſa- …ntem, antiquitatis peritum, morum non ut multi cor- … , ſed ſæpe magiſtrum, ſemper intra officium. …ntentiis gravem ſimul, & vividum. Luminibus in- …nii, ac doctrinæ, elocutionis ſuavitate, toto carminis …ene, digniſſimũ legi, laudari, coli, inter ſacros illos æ- …rnum victuros vates, in Elyſiis, vel Lauretis, vel Myrtis …s, conſecrari. Hæc illi. Quibus ego ita accinere ſo- …o, ut addam. Quid ſi illum familiari conſuetudine …otum haberetis? Prorſus hominem, ſicuti nunc car- …ina, inter Cœleſtia* Θεῶν δῶρα, *numeraretis. Quid …nquam illo ſuavius? Quid amicis addictius? Quid …andidius? Ego illum colo? Quid putas Allati? Hic …lauſus omnium, & aliquorum invidentia. Sed invi- …eant licet. Ego mihi, quod veſtri ſimilibus non dis- …liceo, unice placeo, & te amo. Redama & vale. Et …runo meo, meo nomine ſalutem, cui cave hanc Epiſto- …am properantis calami oſtendas. Ingratiis nata eſt, …lum inter occupationibus meis, quid vellem, non quid …oſſem de Bruno meo dicere, ſeu ſcribere ſignificavi. Ka- …e, Mediolani a. d. Kalend. Septembrium. Anni Salutis M D CXXII.* An hæc ſine piaculo, cum de li- …eris agitur, omitti poterant?

ANTONIUS CASSILIUS Neapolitanus è Societate Jeſu compoſuit,

*Introductionem in Ariſtotelis Logicam, & reliquas diſciplinas.* Romæ apud Franciſcum Corbelletum 1629. in 8.



Digitized by Google

ANTONIUS FRANCISCUS TEMPESTINUS edidit Italice,

1. *Panegyrico di S. Bonaventura*. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1630. in 4.

2. *Il Parnaſo*, Epithalamium in Nuptiis Alexandri Cherubini. Apud Impreſſores Camerales in 4.

3. *La Gloria Poeſia*, ad Sfortiam Pallavicinum. Æſii apud Gregorium Arnazzinum 1633. in 4.

4. *La Querela d' Aſtrea*, Idillium in obitum Julii Coronæ. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1631. in 4. Editurus præterea,

*Le Rime.*

*I Salmi.*

*Le Proſe Volgari, e Latine.*

43 *Gli Applauſi ne i Trionfi di S. Tomaſo d' Aquino*, Poema mimicum.

*Il Candaule*, Tragœdiam.

*Il Jepte*, Tragœdiam.

Tractatum, *de Componendis Epitaphiis*.

*De varia Somniorum obſervatione*, Opuſculum.

*Naturalium Quæſtionum Sylvam.*

ANTONIUS FRUGOLUS Luccenſis edidit Italicè,

*Prattica*, *Scalcaria intitolata*, *Pianta di delicati frutti*, quinque libris comprehenſam. Item

*Trattato dell' Inventori delle Vivande, e Bevande coſi antiche come moderne, tradotto da lingua Armenica in Italiano*. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1631. in 4.

ANTO-

ANTONIUS GERARDUS Romanus edidit Italicè,

1. Narrationem, *de Ceremoniis, & Proceſſione factis in Canonizatione S. Andreæ Corſini.* Romæ apud Heredem Bartholomæi Zannettti 1629. in 4.

2. *Compendio della vita, opere ſante, e Miracoli del B. Gio. di Dio.* Romæ Typis Ludovici Grignani 1631. in 8.

ANTONIUS GERMANUS edidit Italicè,

*Giardino di Sentenze Volgari, e Latine di diverſi Auttori Antichi, e Moderni*, ad Urbanum VIII. Romæ apud Ludovicum Grignanum 1630. in 12.

ANTONIUS JORDINUS à S. Floro è Societate Jeſu Theologus edidit,

1. *Primigenias Hebraiſmi voces, centenis verſuum decadibus comprehenſas.* His acceſſit *Decas Animadverſionum ad eaſdem.* Lugduni ſumptibus Claudii Landry 1624. in 8.

2. *De Poëſi Hebræorum*, eſt in typis.

ANTONIUS LITTERATUS Albetanus Civis Rom. edidit,

*Summam compendioſam Sacramentorum Eccleſiæ, Caſuum conſcientiæque ac de nonnullis Theologicæ veritatis reſolutionibus.* Romæ Typis Jacobi Maſcardi 1631. in 4. & Italicè.

Sermonem *de Christi Nativitate*, cum eadem Summa.

ANTONIUS MARINARIUS Carmelita Gryptalienſis Sacræ Theologiæ Lector edidit,

1. Orationem *de B. Andrea Corſino*, qvam habuit die 3. Maji MDCXXIX. in Eccleſia S. Ma- 44

riæ Trans-Tiberinæ. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1629. in 4.

2. Orationem *in Funere Cardinalis Millini.* Romæ apud Eundem in 4.

ANTONIUS MONTIS-CATINI Conſiſtorialis Aulæ Advocatus edidit,

Orationem *de B. Andrea Corſino Canonizando*, coram Urbano VIII. Romæ in 4.

ANTONIUS NALDIUS Faventinus Clericus Regularis Excellentiſſimæ D. Conſtantiæ Barberinæ à Confeſſionibus, ex Univerſæ moralis Theologiæ Quæſtionibus, *Summam* Alphabetario ordine digeſtam collegit, editam Bononiæ apud Sebaſtianum Bononium anno 1618. in 4. & anno 1623. exierunt nonnullæ *Additiones* in eandem *Summam*. Bononiæ ex Officina Theodori Macheronii in 4. Dedit prætereà.

*Annotationes Practicas*, ad varia Juris Pontificii loca, ex noviſſimis Pontificum Romanorum Conſtitutionibus excerptas ad Antonium Barberinum S. R. E. Cardinalem. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1631. in 4.

ANTONIUS QVÆRENGUS Patavinus edidit,

1. *Poeſie volgari*, Duci Parmenſi. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1616. in 8. & alibi ſæpius.

2. *Exametri Carminis*, lib. VI.

3. *Rapſodias Variorum Carminum*, lib. V. Franciſco Mariæ Feltrio de Ruvere. Romæ apud Ludovicum Grignanum 1629. in 12. Plurima utraq; lingua

Digitized by Google

lingua conſcripſit. Præcipue in lingua Latina, illa locum habent.

*De Marci Varronis diviſione, qua ſe definito complexum numero eſt arbitratus omnes Philoſophorum Sectas, quæ vel fuiſſent aliquando, vel eſſe poſſent.*

*De geminis Nobilium Diſciplinarum Officinis, quarum ex altera ἐνδιάθετος λόγος ex altera προφορικὸς ſui ſibi recte obeundi muneris comparant inſtrumenta.*

*De Præſtantium Linguarum cognitione, quarum incorruptus uſus familiaris inter ineruditos prorſus intercidit libri tres. Primus, de Utilitate & Neceſſitate. Secundus, de breviſſima & certiſſima Methodo. Tertius, de Judicio in delectu pro veritate argumenti* 45
*Veterum Scriptorum, quos laudabiliter imitemur.*

*De Triplici Rhetorica.*

*De Ideis Hermogenis.*

*De Imitatione Veteris Eloquentiæ, ad Vincentium Quirinum.*

*De Analytica methodo in utraque Philoſophia indifferenti uſu.*

*Quos habemus Ariſtotelis Topicorum libros non eos videri, ex quibus Cicero, aut Themiſtius ſuam Locorum enumerationem deſumpſere.*

*De naturali Verborum ſignificatione, quo quis modo facile conciliare poſſit cum Academicis Peripateticos.*

*De judicio Dionyſii Longini in Comparatione Demoſthenis, & Ciceronis.*

*De unica totius Politicæ diſciplinæ methodo, & Averrois vera ſententia in explicatione ſubjectæ materiæ librorum ad Nicomachum.*

*De Platonis, Ariſtotelis, & Polybii politicis in rebus diſſenſione.*

*Quarum artium univerſalis Politicæ ſit præſertim Architectonica.*

*De Hiſtoriæ Pragmaticæ Polybianæ triplici fine, unde Scriptoris officia, vel negligenter, vel prave à Luciano tradita eliciuntur.*

*Vitarum Hiſtorici, qua in re differant à Pragmaticis.*

*Cornelii Taciti Hiſtoriam falſa conjectura in duo genera dividi.*

*Homerum à Socrate jure ejectum è Repub. nec tamen eundem ſibi contradicere cum variis in locis inducitur à Platone ejus Poëtæ magna cum laude mentionem facere.*

*Epitome tertii tumultus Belgici, Alexandro Farneſio provinciam adminiſtrante.*

*De Xenophontis Artificio, quo Principum, vel leges, vel mores, citra periculum reprehendi poſſunt.*

*Pendaſius, ſive de animæ immortalitate, libri duo.*

Hiſtoriæ rerum ab Alexandro Farneſio in Belgio geſtarum partem deguſtavit Paulus Gualdus Vincentinus, reique ſpecie pellectus, quid ipſe de ea ſentiret, voluit teſtatum poſteris eſſe in Vita Vincentii Pinelli. *Antonium,* ait, *Querengum Canonicum Patavinum dilexit,* Pinellus, *amice allectus ſuavitate morum, animi candore, divinarum,*
46 *humanarumque rerum, & nobilium linguarum notitia penitiore. Vidit hac probe Ranutius Parmæ Dux, non paternis tantum laudibus inſignis, à quo eſt evocatus Querengus ad Hiſtoriam conſcribendam, qua res ab Alexandro ejus patre clariſſimo Imperatore in Galliis,* &

*& Belgio fortiter geſtas pro dignitate complecteretur. Ejus ego ſpecimen hiſtoriæ, ac veluti univerſæ narrationis typum, viſum, & laudatum magnis viris perlegi ſumma cum voluptate, gratulatusqve ſum ſeculo noſtro extare, quod & in hoc genere conferre cum optimis antiqvorum poſſimus.* Et Jacobus Philippus Thomaſinus in Tito Livio pag. 75. *At enim imaginem Patavini Livii conata fuerit antiqvitas abolere, ea re qvidem certè minus ideo nobis dolendum eſt, qvod redivivum illum intueamur in altero Patavino Cive longe clariſſimo, ANTONIO QVÆRENGO, cujus ſcriptis, quamdiu Latinæ, Hetruſcæqve florebunt literæ:*

Semper honos, nomenqve ſuum, laudesqve manebunt.

*Hic enim ſeculi noſtri Livius jure omnium ore colitur, ſalutatur, cum nullus eo propius Livii ſtylum attingat, ſeu locutionem ejus gravem, & candidam, ſive rerum geſtarum narrationem, ſive locorum deſcriptiones ſpectes. Novit id ingeniorum acerrimus æſtimator Perronius S. R. E. Card. qui cum Henrico IV. Magno præſtantiam illius ſuis ex meritis adumbraſſet, in cauſa fuit ut ab eo Lutetiam Pariſiorum magnis propoſitis præmiis fuerit evocatus, qvo ſua egregia, regiaqve facinora literis conſignaret. Novit & Ranutius Farneſius, magni æqve animi, ac ingenii Princeps, qui unum illum Parmam accerſiit, ut is ſibi pro dignitate ſcriberet res in Belgio, & alibi ab Alexandro patre, & Imperatore fortiſſimo geſtas, quod egregie re ipſa præſtitit, ſecutus tanti Principis judicium immo, & feliciter aſſecutus. Æmulatur ille ſcilicet ea in uberrima ſegete pulcherrimarum rerum Livium concivem ſuum, eundemqve nobis graphice*

*phice repræſentat, &c.* Traditqve divinæ ſcriptionis exemplar unum extare penes ejus Fratris filium Flavium Qværengum, alterum apud Hiſpaniarum Regem, Tertium in Bibliotheca Farneſiorum Ducum, Qvartum in Muſæo Illuſtriſſimi, ac Excellentiſſimi viri Dominici Molini. Lingua vero Hetruſca ea abſolvit.

*Inſtruttione al Sig. Card. d' Eſte nel ſuo viaggio di Spagna.*

47 *Conſiderationi al medeſimo, intorno alle offerte del Marcheſe di Courè, in nome del Rè di Francia.*

*Delle qualità de' Nuntii deſtinati dal Papa à diverſi Prencipi.*

*Dell' apparente ingratitudine del Popolo Atenienſe verſo Pericle, e gli altri ſuoi gran politici, commendata giuſtamente da Socrate.*

*Perche Platone nell' Epitaffio chiami Ariſtocratia il governo popolare d' Atene.*

*Nuovo Artificio di biaſmar ſenza pericolo il governo publico, inventato da Senofonte.*

*Lettioni Academiche, e Dialoghi diverſi.*

*Dell' Origine, & Utilità dell' Academia.*

*De' proprii ſuggetti loro.*

*Della vera deffinitione dell' Honore.*

*Della radice di tutti gli affetti humani, ſopra alcuni verſi di Dante.*

*De' rimedii d' Amore, ſopra un Sonetto del Caſa.*

*Dell' antro Homerico, Impreſa dell' Academia de' Ricourati di Padoua.*

*Dell' Allegoria della Comedia di Dante.*

*Delle ragioni che induſſero il Taſſo à fornire una Geruſalem.*

Del-

*Della cognitione delle tre Lingue più nobili.*

*Della proprietà unico, e ſecuro fondamento d'apprenderle facilmente.*

*Dell'uſo loro ne' noſtri tempi.*

*Delle due ragioni addutte da' Platonici contra l'inventione del ſcrivere.*

*Il Taſſone primo, overo delle oppoſitioni fatte all'Iliade d'Omero.*

*Il Taſſone ſecondo, overo della dottrina di Virgilio.*

*Le Sette di Filoſofi moltiplicate in eccessivo numero da Varrone diſtinguerſi per doi ſole differenze ſpecifiche, che ſono la diverſa opinione del Criterio, e la diſcordia circa l'ultimo fine.*

*Il verſo d'Omero che chiude il duodecimo libro della Metafiſica eſſer fallace per lo più ne i governi humani.*

*L'Aritmetica Teologica di Nicomaco a torto eſſere giudicata Sofiſtica da Focio.*

*Introduttione allo ſtudio delle Leggi Canoniche.* 48

*La Sindereſi, overo dell'Ingratitudine amoroſa.*

*Il Parallelo, overo del vero modo di paragonare frà loro i gran Capitani.*

*Parallelo di Ceſare, e di Aleſſandro.*

*Raccolta di diverſe Poeſie Volgari.*

An non ergo vera ſunt, quæ de illo Laurus ſcripſit in Orcheſtra? *Uno Antonio Querengo, ex illa militia contenti ſumus, Græce Latineque ſcientiſſimo, cujus amœniſſimos congreſſus Æſchines Socraticus admiretur, deliciis Muſarum graviter lenocinantibus quibus aures cordatioris aulæ, uti Hercules Gallicus, catenulis vinctus tenet.* Et Victorellus in Appendice ad Cardinalem Commendonum in Vita Pii IV.

operis Ciacconiani. *Laudavit olim celebrem Cardinalem eleganti Elegia, cum eſſet adoleſcens, Antonius Quærengus doctrina, & eloquentia Urbi notus.* Ad Elogium item Card. Flavii Urſini in ejuſdem Pii IV. Vita, *Antonius Quærengus Pontificius Referendarius, humanitate, & doctrina inſignis, Cardinalis hujus anno ipſo, quo deceſſit ab Epiſtolis, multis præclariſque virtutibus tum,* Flavium Urſinum Cardinalem *excelluiſſe, me audiente narravit, & olim carmine funus illius cohoneſtavit.* In Elogio item Card. Eſtenſis à Clemente VIII. creati. *Antonium Quærengum Latini Sermonis candore, & eruditione Romæ alibique notum liberaliter domi ſuæ aluit, pingui annuo cenſu auxit, & Philoſophiam docentem avide audivit.* Sed inſtar omnium erit, Laurentii Pignorii de Quærengo Elogium. *At te Antoni Quærenge clariſſimum Urbis noſtræ ſidus, an non magno cum flagitio permittemus, in concinnis quibuſdam paginis obrutum verius, quam laudatum ire in plauſum poſteritatis? Itane vero, te, quem ſummi viri ſuſpiciunt, quem docti amant, cui contigit raro exemplo gloriæ tuæ ſuper vivere, & ſcripta de te carmina, & grauia eruditorum teſtimonia audire, & lectitare, nos indictum ſinemus? minime gentium. Imo hæc noſtra verba, ut extollant ſeſe altius innitantur feſtigio iſti tuo, quo nunquam per ſe ipſa, improbis etiam votis perſuaſiſſent. Quod Antonii nomine proavum tuum referas Antonium Cardelinum Maximiliano I. Aug. à conſiliis, & Tridento præfectum:*
49 *quod tu & ſigillatim Flavio Urſino, Inico Aragonio, Alexandro Eſtenſi, ſacræ purpuræ luminibus, & generatim venerando ampliſſimorum Patrum Collegio, poſt Cardinalem*

*alem Ammonianum fueris ab Epiſtolis: Quod quinque ſummorum Pontificum Sixti V. Urbani VII. Gregorii XIV. Innocentii IX. Clementis VIII. ſacris Comitiis interfueris: Quod à Ranutio Farneſio, acerrimi judicii Principe, accerſitus fueris ad præſcribendas pro dignitate res in Belgio, & alibi ab Alexandro ejus Patre Imperatore fortiſſimo geſtas: Quod ab Henrico IV. Magno, Cardinalis Perronii monitu, Lutetiam Pariſiorum fueris evocatus, magnis propoſitis præmiis: Quod te Leo XI. Romam accerſiverit: Quod idem Paulus V. cui primum ab intimo cubiculo fueris, tum utriusque, ut vocant, Signaturæ Referendarius, Prælatusque domeſticus: approbantibus hæc dignitatis tuæ incrementa Gregorio XV. & Urbano VIII. hæc ſane omnia aliis oratoribus naturæ, vel doctrinæ, ad dicendum præſidiis explicanda permittemus. Nos tuam ſuavitatem morum cum eximia probitate conjunctam prædicabimus. Nos te literarum humaniorum decus. Nos te carminum non noſtri ævi præclarum artificem. Nos te graviorum diſciplinarum apprime conſcium dicemus. Quodque omnes laudationes excellit, referemus, te Maximo Principi Urbano à ſimilitudine ſtudiorum, & morum candore usque adeo innotuiſſe, ut ille tecum non paucas horas ducere, & jam olim, & hodie conſueverit. Quod vero, & raram prudentiam, & rerum uſum multiplicem, & beatam eloquentiam promas, ubi, & quoties libuerit, id tenui, & jejuna oratione, cujusmodi noſtra eſt, nemo ſibi ſumat deſcribendum.* Hæc de Qværengo Pignorius. Qvi vir? ſi Literatorum omnium calculum attente ſpectas, ſapientia, eruditione, latina facundia, moribus ſuavisſimis ſum-

ſummus. Illius laudes, aliorum de eo judiciis
& teſtimoniis, non minori facundia nobis Jaco-
bus Philippus Thomaſinus libello de ejus vit
edito adumbravit. Ego ſane illius amicitia ni-
mium me amabam, & me ſolum, qvoties illiu
mihi redderentur Epiſtolæ, beatum putabam.
Qvindecim anteqvam moreretur dies, cum il-
lius Origines Patavinas evolvo, ne in tanta re-
rum omnium eloqventia ipſe ſolus ſilerem, car-
mina qvædam Græca effudi. Qvidni? ſin
ullo artis lenocinio, & verborum fuco anim
mei ſenſum pure enunciavi. Neſcio an ſanus
59 vel tum primum mortifero peſtis tunc Patavi
graſſantis ictu confoſſus, (poſt paucos dies han
vitam cum æterna commutaſſe, certum eſt) car-
mina mea ad ſe miſſa relegit, & non paſſus vin-
ci humanitate, vir humaniſſimus, politiſſima ſua
reddam enim illi voces ſuas, reſcripſit. Mal
de amicis tanti Viri, male de poſteritate mere-
rer, ſi ea, qvibus reliqva omnia ſigillavit ſua, ho
meo Opuſculo non recluderem. Conſulam
aliorum potius commodo, qvam modeſtiæ mea
& dummodo Pignorius ſua laude non careat
rubore ipſe ſuffundar. Mea ergo ad Pigno-
rium ſunt:

Ἀντήνωρ ἐφύτευσε πάτρης ἄπο τῆλε πεσούσης
Εὐγενέεσσ' ἐν ὅροις ἄφθιτον ἠορέην.
Ἀλλὰ χρόνος μὲν ἔδαψε, βυθῷ τ' ἐνικάββαλε
λήθης
Οὐδ' εἰ οἷον ἔφυ, φῶτες ἴσασι μόγις.
Εἰλκύσεν ἀτρεκίην ὑπὸ Φρέατος ἠμοσὶ τέχναις

Π

Πεγνάριες χρυσέαις ἐν σελίδεσσι γράφων,
Κεῖτο νέος ξυλόχοισιν ἀεκιοθεὶς Γανυμήδης
Οὐ θυλῆμ μακάρεσσι τίμιος, οὔτε λόγῳ.
Ζεὺς δ' ἄγ' νέος μὲν ἄλεξε διδοὺς ναετῆρσιν Ὀλύμπου,
καὶ δώροις μομφὴν θήκατο θειοτέρην.

Hæc ſic vertebat ſpectatæ literaturæ juvenis Joannes Argolus,

*Antenor procul à Patria fundaverat Urbem,*
*Non defuturam finibus Euganeis.*
*Sed tempus contrivit edax, oblivio cæpit,*
*Ut quoque ſi fuerit, mens dubitare queat.*
*Extulit è puteo Lethes verum antlia pennæ*
*Pignorii, auratis dum linit in foliis.*
*Idalius Juvenis ſilvis ſine honore jacebat,*
*Expers eloquio, conſilioque Deum.*
*Juppiter evexit, & civem dixit Olympi,*
*Munere divinum fecit & opprobrium.*

In mea vero Pignorius fecit:

*Excitat æterno reduces dum carmine Muſas*
*Doctorum Allatius flos Heliconiadum:*
*Urbs Patavi exclamat, Superi vos cernite quantum*
*Surgat Silva meis Laurea Originibus.*

ANTONIUS SANCTORELLUS Societatis Jeſu edidit,

1. *Variarum Reſolutionum*, Part. I. apud Grignanum 1625 in 4.
2. *Vita di Gieſù Chriſto, e Maria Vergine.* Ibidem 1625. in 8.
3. *Trattato del Giubileo dell' Anno Santo, e delli al-*

tri

*tri Giubilei*, apud Maſcardum 1624. in 12. & Grignanum 1625. in 12.

4. Tractatus, I. *De Hereſi.* II. *De Schiſmate.* III. *De Apoſtaſia à fide, & Religione.* IV. *De Confeſſariis ſollicitantibus in Confeſſione, & de obligatione eos denunciandi Inquiſitoribus.* V. *De Blaſphemia.* VI. *De Maledictione.* VII. *De Auctoritate Romani Pontificis in his delictis puniendis.* Ad Mauritium Cardinalem à Sabaudia. Romæ apud Hæredem Barth. Zannetti 1625. in 4.

ANTONIUS TUMBA Ordinis Minorum Obſervantiæ, Fanenſis, ſcripſit ſingulari artificio,

*Perpetuum recitandi divinum Officium ordinem*, Romæ Typis Vaticanis 1628. in 8.

ANTONIUS VULPES de Monte-Piloſo, Ordinis Minorum Conventualium, conſcripſit,

1. *Sacræ Theologiæ Summam Joannis Scoti, & Commentaria*, qvibus ejus doctrina elucidatur, comprobatur, defenditur, Tomus I. partis primæ Neapoli apud Scorrigium 1622. in fol

2. Tomus II. partis primæ, apud eundem in fol.

3. Tomus III. partis primæ, apud eundem 1628. in fol.

4. Tomus I. partis ſecundæ, apud eundem 1631. in fol.

5. Tomus II. ſecundæ partis, apud eundem 1632. in fol.

ARCHANGELUS CARACCIA de Ripalta Montis-Ferrati S. Theolog. Magiſter, Ord. Prædic. onus interpretandi Sacram Theologiam laudabiliter exercuit Boſchi, Alexandriæ, Papiæ, & tan-

tandem in almo Bononienſi ſtudio. Inde Romam ad procurandam Canonizationem Pii V. delectus, ad hunc diem in hoc negotio occupatur. Opuſcula ejus impreſſa ſunt,

1. *Libellus Sanctiſſimi Roſarii*, primum Alexandriæ per eundem 1598. poſtea fere in omnibus Civitatibus Italiæ, tandem ab eodem Auctore auctus, & correctus. Romæ per Guillielmum Facciottum, & denuo anno 1627.

2. Tractatus, *de Qvarta Funeralium*. Alexandriæ 1596.

3. *Vita S. Baudolini Episc. Alexandriæ*. Ibidem 1600.

4. *De Miraculis à Deo patratis à qvadam B. Virginis Imagine*, qvæ ſervatur Mantuæ in Monaſterio S Vincentii Ordinis Prædicatorum. Brixiæ per Perſegnum Chalcographum 1602.

6. *Vita Pii V.* Papiæ, per Jacobum Ardizzonum 52 1615.

7. *Brevis enarratio Geſtorum Pii V.* ex proceſſibus Canonizationis extracta. Romæ Typis Guilielmi Facciotti 1629.

Nunc inſudat in prægrandi Opere conſcribendo, *de Geſtis Pii V.* qvod, annuente Deo, ſuo tempore in lucem prodibit. Illius meminit Fernandez in Not. Scriptor Prædicat. Familiæ, pag. 238.

ARSENIUS, ASCENSIONIS dictus, Auguſtinianus, ex eorum numero, qvos Reformatos vocant, edidit Italicè,

*Vitam Joannis de S. Gulielmo*, Firmi in 8.

ASCA-

ASCANIUS TAMBURINUS Mon. Vallis-Umbroſæ edidit,

*De Jure Abbatum, & Prælatorum*; Tom. I. editum Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ 1629. in fol.

ATTILIUS MARCELLINUS edidit,

Ad Sepulchrum Principum Apoſtolorum pro Urbano VIII. *Romam Voventem*, Carmen. Romæ apud Grignanum 1630. in 4.

AUGUSTINUS BARBOSA, Oppidi Vimaranenſis, Braccharenſis Diœceſis in Luſitania, J. U. D. Protonotarius Apoſtolicus, & inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarius Major, Filius Doctoris Emmanuelis Barboſæ Advocati Regii, qvi *Commentaria in Ordinationes Regias Luſitanorum*, in lucem emiſit, & gentilis Petri Barboſæ Cancellarii Maximi Regni Portugalliæ, qvi *ſuper titulos, ff. Soluto Matr. & de Judiciis, ac Cod. de Præſcriptione triginta*, docte admodum ſcripſit; in lucem dedit,

1. *Dictionarium Luſitanico-Latinum*. Braccharæ 1611. in fol.

2. *Remiſſiones Doctorum ſuper varia loca Concilii Tridentini*, primum Ulyſſipone apud Petrum Krasbeek 1618. in 4. Deinde Toleti, Brixiæ, Antverpiæ, & ſæpius Lugduni in 8.

3. *Caſtigationes, & Additamenta ad Commentaria Pacenſis in Ordinationes Regias Luſitanorum*. Krasbeek 1620. in folio.

4. *Remiſſiones Doctorum, de Dictionibus, & Clauſulis,*

Digitized by Google

*is*. Romæ apud Alexandrum Zannettum 1621.
n 4.

5. *Paſtoralis ſolicitudinis*, ſive, *de Officio*, *& Poteſtate Epiſcopi*, tripartita deſcriptio, primum Romæ apud Camerales 1622. deinde Pariſiis, & alibi, ſed demum Lugduni *Additionibus* locupletata apud Durant 1629. in fol. additur ibidem.

6. *Formularium Epiſcopale*, in qvo variæ continentur formulæ ad Epiſcopalem Jurisdictionem rite, & exacte exercendam. Eas ex actis 53
Eccleſ. Mediolan. & Archiepiſc. Bononien. collegit, nonnullas etiam accepit à Julii Lavorii Formulario Univerſali.

7. *Variæ Juris-Tractationes*, in qvibus continentur qvinqve Tractatus Legales juxta ſeriem Alphabeticam,

I. *De Axiomatibus Juris uſu freqventioribus*.

II. *De Appellativa verborum utriusqve Juris ſignificatione*.

III. *De locis Communibus Argumentorum Juris*.

IV. *De Clauſulis uſu freqventioribus*.

V. *De Dictionibus uſu freqventioribus*. Lugduni 1631. in fol.

8. *Paſtoralis ſolicitudinis*, ſive, *de Officio*, *& Poteſtate Parochi*, tripartitam deſcriptionem. Romæ apud Facciottum 1632. in 4.

9. *De Canonicis*, *& Dignitatibus*, *aliisqve inferioribus Beneficiariis Cathedralium*, *& Collegiatarum Eccleſiarum eorumqve Officio*, *tam in Choro*, *qvam in Capitulo*, Tractatus. Romæ apud Franciſcum Corbelletum 1632. in 4.

10. *Juris Eccleſiaſtici Univerſi*, lib. III. in qvorum I. *de Perſonis*, in II. *de Locis*, in III. *de rebus Eccleſiaſticis* agitur. Lugduni apud Laurentium Durantium 1633. in fol. Plura etiam parat edenda,

*Flores Canonicarum Deciſionum.*

*Collectanea Doctorum ſuper Jus Civile univerſum*, Tom. V.

*Singularia Repetitionum Juris Canonici.*

*Singularia Repetitionum Juris Civilis.*

*Repertoria totius Juris Canonici, & Civilis.* Refert ipſe Epiſtola ad Lectorem in libris, *de Officio., & Poteſtate Epiſcopi*, *ſe Pontificii Juris Univerſi brevem & dilucidam interpretationem*, in tres Tomos diviſiſſe. Illius editionem Cardinalem Millinum ſummopere promoviſſe, & , neqvid ad impreſſionem proſeqvendam deeſſet, Theſaurarii Majoris Eccleſiæ Vimaranenſis Patriæ ſuæ dignitatem obtinuiſſe. Barboſæ omnes fere recentiores meminerunt, doctiſſimum illum, & in Canonicis Qvæſtionibus decidendis, ac rebus Eccleſiaſticis verſatiſſimum dicunt, Julianus Vivianus in Praxi Juris-Patronatus, ſecundum ultimam impreſſionem, Martinus Bonacina multis in locis, Rodericus à Cunha Archiepiſc. Braccharenſis in Comment. ſuper primam partem Decreti Gratiani, Sebaſtianus Cæſar in Relect. de Eccleſiaſtica Hierarchia, Mauritius Alzedo in Praxi Epiſcopali, Joannes Franciſcus Ferentillus in Annot. ad
54 Deciſiones Buratti, & ſæpè Aſcanius Tamburinus in Tract. de Jure Abbatum, Franciſcus Ripa Tract. de Simonia, Hieronymus Rodericus in Com-

Digitized by Google

Compendio Qvæſt. Regul. & Jo. Michael Vim-Bodinus in Medico animorum, *Viros magnos idem ſentientes in ſuo Paſtorali enumerat D. Auguſtinus Barboſa Luſitanus: Vir variis doctrinæ ornamentis excultus, cujus ingenii candorem, aſſiduumqve in ſcribendo ſtudium ſæpius nos experti, variaqve ipſius Opera identidem Orbi propoſita ad poſteritatem non ignatam teſtabuntur.*

AUGUSTINUS BISCARETUS Carmelita, Italicè edidit,

*Allegrezza fatta in Roma dalli Reuer. P. Carmelitani per la Canonizatione di S. Andrea Corſino.* Apud Maſcardum 1629. in 4.

AUGUSTINUS MASCARDUS, S. D. N. Urbano VIII. ab honorario Cubiculo, plura edidit utraqve lingua; ſparſim hinc inde evulgata; Qvæ nos vidimus, ſunt, Italica,

1. *Le Pompe del Campidoglio per la Santità di Noſtro Signore Papa Urbano VIII. qvando pigliò il Poſſeſſo.* Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1624. in 4. Mediolani apud Bidellum 1625. in 8. Venetiis apud Fontanam 1625. & 1630. Hiſpanica etiam lingua apud plerosqve leguntur.

2. *Diſcorſi Morali ſù la Tavola di Cebete.* Venetiis apud Antonium Pinellum 1627. in 4. Taurini apud Tatinum in 12.

3. *Orationi, e Diſcorſi.* Januæ apud Joſephum Pavonum 1622. in 4. Venetiis apud Bartholomæum Fontanam in 8. Mediolani apud Jo. Baptiſtam Bidellum 1624. in 8. & alibi ſæpius.

4. *Congiura del Conte Gio. Luigi de' Fieſchi.* Antverpiæ.

verpiæ 1629. in 4. Mediolani apud Bidellum 1629. in 8vo. Venetiis apud Jacobum Scagliam eodem anno in 8. Gallus, Hiſpanusqve ut mihi relatum eſt, ſua qvisqve lingua eam legit. Latina vero,

5. *Silvarum* lib. IV. Antverpiæ apud Moretum in 4. & alibi.

6. Oratio habita ad Illuſtrisſimos, & Reverendisſimos S. R. E Cardinales, *de ſubrogando Pontifice.* Romæ ex Typograhia Alexandri Zannetti 1621. in 4. Editioni ſubſunt,

*Dell' Arte Iſtorica,* Tractatus IV.

*Romanarum Diſſertationum.* Par. I. Meditatur, ac parat,

*L' Impreſe dell' Academia degli Humoriſti.*

*L' Iſtorie d' Italia.*

*Il Genio di Socrate, Opera di Corte.* De eo Laurus
55 in Orcheſtra; *Vir eloqventia, ac doctrina percelebris.* Aurelius Palazzolus, Monitis ad Arſenium Filium, *Perlegi nuper Auguſtini Maſcardi Carmina. Evolvi volumina Orationum. Percurri etiam Epiſtolas, qvas ille, dum eſſet Romæ, conſcripſit. Eqvidem dicam, qvod ſentio. In Carminibus Maro, in Orationibus Cicero eſt. In Epiſtolis, cui certe comparem, neſcio; hoc unum ſcio, & nitore, & pulchritudine, & incredibili qvadam propietate dicendi, omnibus, qvotqvot exierunt, lucem, & nominis celebritatem ademiſſe: unum eſſe in omnium ore, unum teri, ac celebrari. Et Sol iſte, qvi pulcherrima, jucundiſſimaqve luce variæ cujusdam Eloqventiæ orbem terrarum illuſtrat, inſignis alicujus dignitatis verticem peragrabit. Honeſtum igitur eſt, ut dixi, & dignum omni prædicatione, ac dignitate,*

Digitized by Google

tate, &c. Jacobus Gaufridus, in Epiſtolis, *Tu enim*
*Muſarum decus tuo qvaſi momento firmaſti, ut illarum*
*vigiliæ alio ſtylo non inurantur æternitati, qvam acumi-*
*ne ingenii tui. Sed & inveniſti primus gloriam novi-*
*tati, ut, ſi naturæ jura paterentur, animaret invidia*
*priſcorum manes, qvo tuæ lectionis beneficio ſurgerent*
*in novi nominis famam; non enim debuiſti antiqvi-*
*tatis imagine tuum tibi formare ingenium, qvi ætati ſe-*
*culturæ novi miraculi præparabas exemplum.* Jo. Hie-
ronymus Sopranus Societatis Jeſu, in Epitome
Hiſtoriar. ad an. 1623. *Auguſtinus Maſcardus gen-*
*tile decus, qvod Patruus Clariſſimus U. J. Cæſareo, &*
*Pontificio enucleando meruerat, novo ipſe bonarum*
*artium præconio cumulavit, Italice, Latineqve eloqvens*
*inprimis; & cum magna Juris Civilis intelligentia, in*
*Philoſophicis, & Theologis non inferior.* Studio præ-
terea, atqve ingenio præclarus Antonius Sfortia
Monopolitanus, Epiſtola ad Leonem Allatium;
*Litteratorum omnium, qvos dixi, agmen ducit, ac vel-*
*uti Choragus eſt Maſcardus. Hic, poſt Philoſophiæ*
*ſpatia emenſa, Theologiæ ſtudium feliciter decucurrit,*
*ac deniqve Juris-prudentiæ Lauream (vetus in vetuſtiſ-*
*ſima familia, ac gentilium inſigne) adeptus eſt: qvæ ſe-*
*veriora ſtudia humaniorum litterarum delinimentis*
*(fas ſit cum Cypriano dicere) amœnavit. In qvibus*
*deinceps ita inclaruit, ut ſi ejus carmina inſpicias, ne-*
*ges nos habere qvod invideamus antiqvitati; ſi proſam*
*orationem, fatearis, mundius, preſſius, venuſtius, lima-*
*tius, Græcum, Latinumve nihil qvicqvam reperiri. Sed*
*de tanto Viro ſilere melius puto; nam, ut cum Petro-* 56
*nio loqvar, qvicqvid dixero, minus erit. Hic enim,*

*quod pauci poſt cineres conſequuntur, vivens ſuperegreſſus eſt vitium, magnis, parvisque Civitatibus commune, invidiam ſcilicet. Incolumem, & ſentientem omnes laudant, omnes mirantur. Verum, ò ſeculum inſipiens! Ut pueri Junonis Avem.* Et Antonius Rondonus Forolivienſis, in Artificio texendæ Orationis in genere Demonſtrativo, nusquam ſine ingenti præconio Virum, quem ſæpisſime laudat, proſequitur. Hic illi eſt: *Maximus Orator. Non ſine admiratione nominandus. Qui vix non tam in his Orationibus, quam in cæteris poſſit adæquari. Ut fecit mirabiliter Vir ille egregius. Qui inter Hetruſcos Oratores, & Scriptores eloquentiæ laude ita numeratur primus, ut ab eo nemo numeretur ſecundus. Oratorum facile noſtri temporis Princeps. Ipſum evolvite, ſi admirabilia audiendi eſtis ardentes, fœtus enim eſt ſemper, nunquam effœtus, Flumen eſt, non torrens; quare ab eo plurima erunt, quæ imitemini.* Reliqua, eaque plurima prætereo, quibus illum docti Viri in ſeverioribus Diſciplinis præſtantisſimum, verum laudatisſimo genio ad amœniores propenſiorem, meritisſimo commendarunt.

AUGUSTINUS OREGIUS Pontificiis Eleemoſynis generalis Præfectus, S.N.D. Urbani VIII. Theologus, intimus Cubicularius, & Canonicus Vaticanus, Typis mandavit,

1. *De Deo Uno*, Tractatum I. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 4. & 1630. in 12.

2. *De Deo Trino*, Tractatum II. Ibidem apud eosdem 1630. in 4. & in 12.

3. *De immortalitate Animæ rationalis*, in Sentententia

tia Ariſtotelis. Ibidem apud eosdem 1631. in 4. & 1632. in 12.

4. *De Anglis*, Tract. III. Ibidem apud eosdem 1632. in 4.

5. *De opere Sex dierum*, Tract. IV. Ibid. apud eosdem 1632. in 4. Plura penes ſe habet Philoſophica, & Theologica, luce hominum digna. De hiſce Tractatibus qvid ſenſerint Viri probi, doctiqve accipe. De Primo, Joannes de Tollenare Antverpienſis, *Longe gratiſſimum accidit, maximeqve placuit Tractatus I. De Deo Uno, ipſa tractandi methodo, Deus Bone! qvam ſolida, & in tanta brevitate perſpicua. Certe qvi Tractatum hunc perlegerit, prolixa aliorum Volumina non reqviret, qvæ librorum etiam beluones non raro fatigant.* De Secundo Al- 57
bertus Baduarius: *Præclarum librum tuum publici juris à te factum, & ad me miſſum, diligenter legi, & pervolutavi, cujus lectione ſum mirifice delectatus, & vero fructum magnum, & uberem cæpi. Itaqve, ſi qvod ſum ipſa re expertus, ad alios referre licet, ſic ſtatuo, neminem fore, modo accurate ipſum evolvat, qvin jucunditatis, & utilitatis plurimum ex eo hauſturus ſit. Etenim qvamvis res graviſſimæ, difficillimaqve conſiderentur, qvas ſuapte natura penitus abditas, retruſasqve ſapientes plerumqve horrent, ac formidant, tamen nihil inibi durum, nihil ſpinoſum pungit, vel angit, imo leni, ſuaviq; dicendi genere, voluptate qvadã animus permulcetur. Utilitatis autem fructus inde demeti poteſt, qvod ad ſuſpiciendam, & admirandam immenſam Dei poteſtatem, ſapientiam, bonitatem, cæteraqve illi à Theologis attributa, valde excitat. Itaqve Sanctiſſimæ Tri-*



Digitized by Google

*nitatis potiora capita ante oculos ponit, ut, quod Cicero dixerat de Platone, idem de te vere dicendum ſit, te nempe unum inſtar aliorum hominum tanti myſterii ſtudioſis futurum, &c.* Et Gaudentius Paganinus; *Laurentius Martinillus, cui multum debeo, mihi librum Illuſtriſſimi Viri Auguſtini Oregii de Sanctiſſima Trinitate miſit. Gaudent omnes, quod pergat feliciſſime in illuſtranda tota Theologia. Suſpiciunt accuratiſſimam diligentiam, perſpicuitatem in rebus obſcuriſſimis explicandis, concinnam brevitatem,* De immortalitate animæ rationalis, Jo. Thomas Giliolus; *Accepi Opuſculum de animi humani immortalitate, quo & doces, quia ſapiens, & juvas, quia pius: piam enim, & veram opinionem ſecutus, in quam etiam non invitus vocatur Ariſtoteles, errorum umbris procul eſſe juſſis, in aperta veritatis luce nos conſtituiſti.* Et heroice admodum Lælius Guidiccionus:

*Æthereos hauſtus animorum, & ſemina Cœlo*
*Delapſa, humanæ conditionis opus;*
*Dum ſacras, memorande, ævo, dumque inſeris aſtris,*
*Te, nomenque aſtris inſeris ipſe tuum.*
*Fato illo, & tenebris mens clauſerat ardua; fulgent*
*Nunc educta, tuis vivere juſſa notis.*
*Omnes in te animi vivunt; tu vivis in illis;*
*Cunctorumque uni ſe tibi vita refert.*

# B.

58 BALDUS BALDUS Florentinus, & Medicus Franciſci Guidii à Balneo vere Eminentiſſimi, *Nam quibus Auſonius*, ut ſcribebat Antonius Sanderus in Elogiis Cardinalium, *nitet Senatus*,

*Omne*

*Omne animo punctum claudit, & omne decus*; in Almæ Urbis Gymnaſio Logicæ Profeſſor, edidit,

Prælectionem, *de Contagione Peſtifera*. Romæ apud Facciottum 1631. in 4. Habet editioni parata Opuſcula, nempe,

*Hiſtoriam Morbi, & Anatomicam obſervat.* circa corpus, & cadaver Card. Bevilacqvæ, cum multis *Dubiis* inde enatis. Item,

Lectiones Academicas, *de Venenis*. Baldi ingenium, atqve doctrinam ſummopere commendavit Gabriel Naudæus, Epiſtola ad eundem: *Sed video tandem*, ſcribit, *qvid cauſæ ſit, cur in me tam multa officioſiſſime ſimul, & amiciſſime contuliſti, nempe & animum mihi facere voluiſti ad præclarius aliqvid aggrediendum, qvæ tua eſt ſumma humanitas; & eadem veluti fidelia maxima tuæ in dicendo facultatis, & eloqventiæ ſpecimen aliqvod exhibere, qvod eſt omnino induſtriæ, & præſtantiæ ingenii tui tribuendum; Qvandoqvidem Orationis tuæ majeſtati, mirificæqve ſvavitati, tantum nunc ab omnibus tribuendum eſſe cenſeo; qvantum antea qvidem doctrinæ, & eruditioni tuæ ab illis conceſſum eſt, qvi, ſeu Blacuodæi noſtri hominis prorſus à Literatorum plebecula ſemoti judicio; ſeu lectionum, qvas habes qvotidie in Prytanejo Romano, ſubtilitate; ſeu Librorum qvos continuo ſcribis, dignitate: ſeu denique artis ipſius, qvam tot ægrorum commodis indulges, amplitudine; nihil unqvam de te niſi præclare, aut magnifice locuti ſunt.*

BALTHASAR TORINUS J. V. D. Aretinus, Incl. Pop. Rom. Capitaneus Appellationum, & Nullitatum Urbis Judex, vulgavit,

*Apologeticum Statuti Urbis, de Contractibus ſine cer-ta ſolemnitate non valituris, materiam attingens.* Ro-mæ apud Ludovicum Grignanum 1630. in 4.

BARNABÆUS VERGES ſcripſit Hiſpanice, *Directorium Spirituale*, in qvo Feſta mobilia aliaqve totius anni indicantur, nec non Eccle-ſiæ, Reliqviæ, Cœmeteria, & alia loca Sacra Ro-mæ, & extra muros, apud Grignanum 1631. in 12

59 BARTHOLOMÆUS GAVANTUS, Medio-lanenſis, Congregationis Clericorum Regula-rium S. Pauli, edidit,

1. *Commentaria in Rubricas Miſſalis, & Breviarii Rom.* Tom. II.

*Vitam, & res geſtas S. Pauli Apoſtoli.*

*S. Bartholomæum Apoſtolum eſſe Nathanaëlem*, ſi-mul Romæ apud Franciſcum Caballum 1628. in fol. & alibi.

2. *Octavarium Romanum.* Bononiæ, Neapoli, & alibi in 8.

3. *De Viſitatione Epiſcopali.* Romæ apud Cabal-lum in 4.

4. *De Synodo Diœceſana.* Ibidem apud eundem in 4.

5. *Manuale Epiſcoporum.* Ibidem apud eundem 1632. in 4. Editurus eſt Italicè, *Prediche d' Advento, di Quareſ. & Annuali.* Sæpius eum laudavit Au-guſtinus Barboſa de Canonicis, & de Officio Pa-rochi, & ante alios Andreas Victorellus in Re-cenſione: *Bartholomæus Gavantus à Regularium S. Barnabæ Clericorum Ordine, Theologus eruditus, Con-cionator fervens, & eloqvens, de S. R. E. ritibus, qvo-rum*

um ſtudio apprime eſt addictus facile, & apte diſſerit, ii hoſtis aſſiduus; qvos merito laudes, pietatis, & li-erarum laboribus vacat, Epiſcopis nonnullis in regen-is, & ſacro pabulo recreandis populis auxilio fuit. Ec-leſiaſticas ſcribit commentationes; religionis, & pru-entiæ luce claret. Adoleſcens mitiores etiam coluit Muſas, modò in ſenium vergens ſacris interdum carmi-ibus ludit.

BARTHOLOMÆUS GYPTIUS Beneven-anus, nunc Epiſcopus Belli-Caſtrenſis edidit,

*De Caſibus Reſervatis*, Tract. in qvo explicantur eſervati in Diœc. Benevent. Neapoli apud Con-tant. Vitalem 1621. in 4.

BARTHOLOMÆUS TORTOLETTUS, Veronenſis, Doctor, Theologus, plura utràqve ingua edidit, Italice qvidem,

1. *Il giuramento*, Tragœdiam Sacram, in qva Jo. Baptiſtæ mortem exeqvitur. Venet. apud Evan-gel. Deuchinum 1612. in 12.

2. *Intramezzi d' Erminia* ex Epico Poëmate Taſſi, *Hieruſalem* dicto, extracta. Veronæ Typis Bartholomæi Merli 1612. in 12.

3. *Gionata*, Tragœdiam. Maceratæ apud Sal-vionum 1624. in 12.

4. *Canzone per la Fabrica di S. Andrea della Valle*, ſine Auctoris nomine. Romæ apud Ludovicum Grignanum 1627. in 4.

5. *Panegirico Nuttiale*, in DD. Thadæum Barbe-rinum, & Annam Columnam, ſine nomine Au- 60
ctoris. Romæ apud eundem 1627. in 4. Lati-ne vero,

6. *An-*

6. *Annum Jubilai M D C.* Carmine Heroico li
II. ad Clementem VIII. Romæ apud Aloyſium
Zannettum 1599. in 4.

7. *Oſſunianam Conjurationem*, ſine nomine Au
ctoris, loci, & Impreſſoris, Venetiis tamen im
preſſam, anno 1623. in 4. inſcio Auctore, & mu
tato etiam titulo, cum ab eo inſcripta fuiſſet, *M*
*tus Oſſunianus Neapolitanus, Hiſtoria.*

8. In Obitum Philiberti de Sabaudia Princip
*Lacrymas.* Romæ apud Ludovicum Grignanu
1624. in 4.

9. *Antiſatyram Tiberinam* ad Satyram, *Dii veſtru*
*Fidem*, ſub nomine *Neglecti Academici Romani.* Fran
coſurti 1630. in 8.

10. *Juditham Vindicem, & Vindicatam*, Poëm
Epicum cum Apologia. Romæ Typis Vaticani
1628. in 4.

11. Pleraqve item *Poematia, Odæ, Epigrammat*
Latine, atqve Italicè conſcripta, ſparſim edit
ſunt, qvæ in edendis Voluminibus veluti in fa
ſcem colligentur.

12. *In Inſigne Gentilium Clementis VIII.* carmen
Veronæ apud Hieronymum Diſcipulum 1596
in 4.

13. *Jatro-Lauream Gabrielis Naudæi*, à Leon
Allatio Græco carmine inauguratam Latino red
didit. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1633. in
8. Edet vero,

*Pro Cn. Pompejo Magno Apologeticas Actiones*, VIII
Ad Ferdinandum II. Imperatorem, *Parœneſim.*

*Motum*

Digitized by Google

*Motum Oſſunianum Neapolitanum*, eundem qvi
ıpra, ſed auctiorem, *Hiſtoriam.*
*Epiſtolarum*, lib. III.
*Elogiorum, atqve Inſcriptionum*, Libellum.
*Parnaſias Apes Trigeminas*, qvibus Epigramma-
ı, & omnia Lyrica continentur.
*Heroica Gemina*, hoc eſt, *Heroico-Sacra*, & *Heroico-*
*ıagica.*
*Rime Volgari*, volumen unum.
*Coſe Dramatiche, cio è, Tragedie, Paſtorali, Intramez-*
*i*, & ſimilia partim Sacra, partim profana, volu-
nen unum.
*Della Bellezza*, Diſcurſum Platonicum, & alia.
Andreas Victorellus in Tractatu de Anno San-
cto, Annum Jubilæum Tortoletti ſummopere
effert, & in illuſtrium Virorum Recenſione re-
iqva opera. Laurus in Orcheſtra: *Qvidqvid pro-* 61
*time ſenſerit, Bartholomæus Tortolettus, Vir ad expri-*
*mendum Tullium, & Naſonem, ſi ſecularem annum*
*excenteſimum ſpectes, egregie factus, qvi in Romanæ*
*loqventiæ contemptores, literis Ferraria ad municipem*
*uum miſſis, acerrime invectus eſt.* Vide ejusdem
Lauri ad Tortolettum Epiſtolam LX. in Centu-
ria ſelecta. En de ejusdem ſcriptis judicium ac-
curatum Alphonſi Epiſcopi Comaclienſis. *Bar-*
*tholomæo Tortoletto Viro Optimo, & Eruditiſſimo Al-*
*phonſus Epiſcopus Comaclienſis S.P.D. Ut artes omnes*
*qvaſi cognatione inter ſe continentur, ſic & artium cul-*
*tores. Ipſarum ego ſtudioſiſſimus tibi jam tot annos vin-*
*culo conjungor amicitiæ, qvam ſemper ſanctisſime co-*
*lui. Eqvidem ſæpe tuam omnigenam eruditionem*
*uſur-*

Digitized by Google

uſurpavi ſermonibus cum amicis, qvos te diligente
cura ſollicitabat, ne te bonarum artium ſtudiis ita eri-
perent Aulica negotia, ut iis diſciplinis, quibus tua
Poëmata, tuæqve lucubrationes æternum decus pariunt,
ſalute dicta jacere patereris ea, quæ multos ante annos
inſtituta, ſi qvando perficies, mirum in modum, & po-
ſteris, & gloriæ tuæ ſervies. Dolebamus etiam, & ve-
hementer angebamur, te in ſummo virtutum apice con-
ſtitutum, in ſummo qvoqve fortunæ faſtigio non colloca-
ri. Sed mirabilius eſt rerum humanarum, ut ait ille,
dominam fortunam in tuæ ſocietatem gloriæ ſe non of-
ferre. Gaudeo igitur, Eruditiſſime Tortolette, te in tua
ſapientia non langueſcere, non debilitata eſſe virtute, aut
animo fracto, ſed jam te corpus qvieti devoviſſe, ut certe
non inertem, atqve otioſum ſpiritum ad extremum vitæ
ſpatium traducas. Diſſimulandum non eſt, Trahimur
omnes laudis cupiditate, & optimus qvisqve gloriæ dul-
cedine delinitur. Tu qvamqvam ad tuorum laborum
aſſeqvendam mercedem multa tum ſoluta tum adſtricta
numeris oratione in lucem, & aſpectum hominum con-
tuliſti, qvorum veluti pabulo, ac lumine tuam vitam po-
ſteritas alet, & ipſa æternitas intuebitur; attamen pul-
cherrimam aliam tui animi effigiem ſummo ingenio ex-
preſſam ac politam efformare ſtudes ad novam tui me-
moriam in Orbem terrarum diſſeminandam. Intelle-
xi enim ex tuis literis te in tanta celebritate famæ gra-
vioribus ſtudiis inhiare, ut ex illis magnum aliqvid, id
eſt te dignum, ad communem afferas fructum. Atqve,
62 cum ingenio præſtes, ſapientia valeas, & ex antiqvis mo-
numentis præclara qvæqve ita delibaveris, ut ad vete-
rum Scriptorum laudem facile perveneris, ea tamen
fucata

Digitized by Google

*ſcata ducis, & inania, niſi cum ſolida laude, cum optima mente, cum Chriſtiana pietate, uno verbo, cum re prorſus divina conjungas. Hoc enim opus te accurate, cogitateque moliri ex literis tuis accepi. Sed lætor te nunc plurimum conſilii, ac diligentiæ adhibere in divulgandis iis, quæ olim in defenſionem Pompeji diſſeruiſti in iſta Humoriſtarum Academia, id eſt in iſto Theatro nobili, ac celebri, atque eruditisſimis hominibus, liberalisſimisque ſtudiis affluente. Ad quod te potisſimum excitat Defenſio Cæſaris, quam nuper Alexander Guarinus generis claritate, majorum ſuorum gloria, ſapientiæ magnitudine ſpectatisſimus in lucem edidit. Cum quo Cæſare, ſi tuus, uti aſſeris, non dimicabit Pompejus, augebitur etiam iſto honore is Vir, cui nullus honor tribui non debitus poteſt. Curabo igitur, ut tua, quam ad me miſiſti, Epiſtola in ipſius Alexandri, aliorumque ſapientium oculos incurrat, ut intelligant omnes, Te non libidine contradicendi, ſed ſtudio oblectandi, hæc olim de Pompejo diſceptaſſe, tuumque deſiderium omni animi mei ſenſu complectar, nullumque deeſſe patiar officium, quod ad tuam dignitatem, exiſtimationemque pertineat. Interea, & hortor, ut omnes ingenii vires ad res ſacras illuſtrandas feliciſſime profundas, ut ſapientia tua, hyemante quantumvis ætate, non ſolum Pompejanæ defenſionis flores emittat, ſe gravioris, ac ſolidioris doctrinæ proferat fructus. Vale, meque tuis elegantisſimis Muſis, tuæ multiplici eruditioni, tuo caſtisſimo genio addictum, deditum, obſtrictum, asſidua benevolentia proſequere. Comacli Kalend. April. MDCXXXIII.*

BASILIUS CACATIUS, Surrentinus, Clericus

cus Regularis, ab Urbano VIII. Archiepiſcopus Epheſinus creatus, & ſuffraganeus Ravennas, plura edidit,

*Conſilia Legalia.* Mediolani apud Camerales Ducales in fol.

BENEDICTUS CASTELLUS Monachus Caſſinenſis ſcripſit Italice,

*Delle Miſure dell' Acqve correnti.*

*Demonſtrationi Geometrice della Miſura dell' Acqve correnti.* Romæ apud Impreſſores Camerales 1628. in 4.

BENEDICTUS MILANUS Sublaqvenſis impreſſit,

63 1. *Epithalamium*, in Nuptiis DD. Thadæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ Typis Franciſci Corbelletti 1627. in 4. & deinde 1629. in 8. apud Impreſſores Camerales.

2. *In Laudem Joannis Columnæ Cardinalis in Syriam Legati*, Orationem, Compluti Typis Joannis de Orduna 1624. in 4.

3. *Variorum Carminum*, librum, apud Corbellettum 1632. in 8.

BERNARDINUS CASTORIUS Senenſis, è Societate Jeſu, edidit Italice,

*Inſtitutione Civile Chriſtiana.* apud Zannettum 1622. in 4.

BERNARDINUS GOSELLINUS, Feltrenſis, è Dominicana Familia, edidit,

1. *Orationem in laudem D. Thomæ Aqvinatis.* Patavii apud Laurentium Paſcatum 1604. in 4. ad Cardinalem S. Cæſarii.

2. *Mi-*

Digitized by Google

2. *Miſcellanea pro communi Religioſorum omnium* *ilitate.* Venetiis apud Petrum Ruffinellum 1615. 8.

3. *Vitam B. Alberti Magni.* Venetiis apud Geor- ium Valancinum 1629. in 8. Scripſit præterea, ec publicavit,

*Defenſionem Stigmatum S. Catharinæ Senenſis, &c.* Ieditatur,

*Elenchum Hiſtoriæ Concilii Tridentini,* &

*De bonis Eccleſ. locan. emphyteutican permutan.* *lienan.* &c.

BERNARDINUS TODESCHINUS edidit alice,

*La Fida Pellegrina.* Bracchiani apud Phæum 629. in 12.

BERNARDINUS TURAMINUS, Ordinis Iinorum Obſervantiæ, edidit Italicè,

1. *L' Infecondità feconda d' Anna Santiſſima, Ma- re della Madre di Dio.* Romæ apud Guillielmum acciottum 1628. in 12.

2. *L' Agneſe Vincitrice,* Tragiſacroſcenica. Vi- erbii apud Auguſtinum Diſcipulum 1629. in 12.

3. *Caterina Trionfante.* Viterbii apud eundem 617. in 12.

4. *Barbam Sacra alle Api Barberine.* Viterbii pud Bernardinum Diotallevium 1632. in 12.

5. *Agata Coſtante.* Ibidem apud eundem, eo- em anno in 12.

6. *Lagrime Sacre, Loquaci d' Amore.* Ibidem pud eundem.

BLASIUS PALMA, Cler, Reg. S. Pauli, edidit Italice,

1. *Regole della Venerabile Compagnia del Salvatore, poſta nella Chieſa della Madonna Santiſſima de' Lumi di S. Severino* Peruſiæ 1611.

64 2. *Atti virtuoſi interni dell' anima Chriſtiana.* Romæ apud Zannetum 1616. & apud Camerales 1623. & alibi.

3. *Metodo, e Regola della vita Spirituale.* Romæ apud Jacobum Maſcardum 1626. & apud Facciottum 1629. in 12.

4. *Eſercitii, e Meditationi Spirituali, per tutto il ſacro tempo dell' Advento, ſino all' Ottava dell' Epifania, & altre Divotioni.* Romæ apud Jacobum Maſcardum 1625. in 12. & Bononiæ.

5. *La Vita di S. Franceſca Romana.* Ibidem 1626. in 8.

6. *Liber vitæ, cioè, Modo compendioſo per far memoria della Paſſione di Gieſu Chriſto.* Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ 1623.

7. *Regole della Congregatione dell' Humilta di S. Carlo, con un Trattato in forma di Dialogo.* Romæ apud Jacobum Maſcardum 1629. in 8.

BONAVENTURA MALVASIA, Bononienſis, Ordinis Minorum Conventualium Theologus, edidit,

*Elucidationem Speculi verum monſtrantis*, in qua inſtruitur in fide Chriſtiana Hamet filius Zin Elabeſin, in Regno Perſarum Princeps, & refellitur liber à Doctoribus Perſis editus ſub titulo: *Politor Speculi verum monſtrantis.* Romæ 1630. in 4.

BO-

BONAVENTURA RONDANINUS cecinit, *Carmen Nuptiale*, ad Thalamos Thadæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1626. in 4. & Impreſſores Camerales 1629. in 8.

BRUNORIUS TABERNA edidit Italicè,

1. *Canzone nella promotione del Card. Theodoro Triultio.* Romæ apud Guillielmum Facciottum 1630. in 4.

2. *Dafne Canzone*, in Nuptiis DD. Aloyſii Gonzagæ, & Lauræ de Boſco. Romæ apud Franciſcum Caballum 1630. in 4.

# C.

CÆSAR ALUCCIUS Societatis Jeſu edidit,

1. *Pſychagogiam*, hoc eſt, Animæ recreationem, in qva agitur de cauſis, qvibus juſtorum animæ recreantur in morte; ſive, *De bono mortis*, apud Maſcardum 1627. in 16.

2. *Summarium earum rerum, qvas oportet ſcire, ut poſſimus adipiſci Jubilæum Anni Sancti*, in duas partes diviſum. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1625. in 16. Italice vero, 65

3. *Allegro della Vita, overo de' frutti delle coſe Spirituali della Tribulatione, e Mortificatione*, in illa verba Jo. Apocal. 12. *Lignum vitæ efferens fructus duodecim*, tribus libris. Primum Romæ apud eundem 1625. in 4. deinde Brixiæ 1626. apud Ludovicum Britanicum in 8.

4. *Il Figliuol Prodigo, Inſtruttione della gioventù.* Romæ apud Zannettum 1627. in 16.

5. *Specchio, overo Compendio dell' Antichità di Roma, diviſo in due parti; nella prima ſi tratta delle Antichità Sacre, e nella ſeconda delle profane, raccolte dall' opera d'un Padre da Georgio Portio.* Romæ apud eundem 1625. in 16.

CÆSAR ARGELUS de PALTRONIBUS J. U. D. Bononienſis, olim in patrio Bononienſi Gymnaſio Juris Civilis Ordinarii publicus Interpres, nunc Judex Appellationum, & Nullitatum Urbis, edidit,

*De acqvirenda poſſeſſione*, Tractatum. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1624. in folio.

CÆSAR BECILLUS Urbinas Presbyter Congregationis Oratorii de Urbe, edidit,

1. *Evangeliorum Connexionem*, in qva textus ordine ſervato rerum geſtarum ſeries indicatur. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1625. in 12.

2. *Annotationes marginales in Ciacconum, & collationes Ciacconianæ Hiſtoriæ cum Baroniana*, ſuppreſſo tamen nomine.

3. *Acta S. Caji Papæ, & Martyris*, qvibus ſuas adjecit *Notas* ad Hiſtoriæ cognitionem apprime neceſſarias.

Multa meditatur, & ſcribit, qvibus illuſtrat Antiqvitatem Eccleſiaſticam, & tempora. Præcipua tamen illa ſunt.

*Vitæ Romanorum Pontificum cum perpetuis Notis.*

*Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Baronianæ Continuatio.*

*Chronographia ad calculum Eccleſiaſticum ad amuſſim expenſa.* Meminit illius cum laude Victorellus

Ad-

Digitized by Google

Additionibus ad Ciacconum in Vita S. Caji. *Ca-
ſar Becillus Congregationis Oratorii Presbyter, à cujus
accurato calamo XIII. Annalium Eccleſiaſticorum To- 66
mum poſt paucos menſes, ni fallor conjectura, Eccleſia-
ſticarum Hiſtoriarum ſtudioſi habebunt: Acta S. Caji
Papæ, & Martyris, ex Actis S. Suſannæ, S. Sebaſtiani, ex
Anaſtaſio, & ex Breviario Romano, eruditis à ſe Notis
illuſtrata an. 1628. Romæ edidit, Urbanoque inſcripſit
VIII.*

CÆSAR CRIBELLATUS Medicus Viterbienſis edidit Italicè,

1. Tractatum *de Peste*. Viterbii apud Bernardinum Diotallevium 1631. in 8.

2. *Discorſi Muſicali*. Viterbii apud Auguſtinum Diſcipulum in 8.

CAROLUS PAPINUS Romanus Societatis Jeſu emiſit,

*Fiori di Sacra Poeſia*. Romæ impenſis Octavii Ingrillani, apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1625. in 12.

CHRISTOPHORUS BORRUS Mediolanenſis, qvi ex Jeſuita in Monachorum Ciſtercienſium numerum adſcitus ſub Honuphrii nomine innotuit, edidit,

1. *Doctrinam de tribus Cœlis, Aëreo, Sidereo, Empireo*, opus Aſtronomis, Philoſophis, & Theologis favens, primo Ulyſſipone ab Alvaro Ferrera Luſitano ejus diſcipulo impreſſum, in 4.

2. Italicè, *Relatione della nuova miſſione delli Padri della Compagnia di Gieſù, al Regno della Cocincina*, ad Urbanum VIII. Romæ apud Franciſcum Corbelettum

lettum 1631. in 8. Scripſit præterea *de Arte naviga*
*di* opus exactisſimum. In qvo ſcopus Auctor
fuit, artem à ſe primo inventam patefaciendi, a
demonſtrandi uti certiſſimam, qva in qvovis ma
ris ſitu unusqvisqve gradum longitudinis infa
libiliter poſſet invenire, rem navigantibus ſum
mopere neceſſariam, qvod etiam ut melius pat
ret uſui, Chartas, qvas vocant navigandi, plena
erroribus, correxit, & emendavit, addiditqve
Lunaribus Ecclipſibus, aliisqve Mathematici
obſervationibus, ab eodem ſummo ſtudio eluc
bratis diſtantias locorum. Id ut melius ſucce
deret, inſtrumentum ex metallo confectum ex
cogitavit, obtulitqve acerrimo omnium judici, &
æſtimatori integerrimo. Viſum placuit, dignum
qve judicatum eſt, qvod in tanti Principis man
bus renatum, *Naugnomonis* nomen ab eodem ha
beret, & viveret, ſcripſit item

67 *Relatione à ſua Santità delle coſe dell' India Orien*
*tale, del Giappone, della China, dell' Etiopia, dell' Iſo*
*di S. Lorenzo, del Regno di Monomotapa, e della terr*
*incognita Auſtrale.* Qva Sacra Congregatio de
Fide propaganda melius illis populis conſuler
poſſet. Meditabatur *Inſtructionem* ad facilius ite
Indicum conficiendum, ab iis, qvi eo ab eaden
Sacra Congregatione mitterentur, aliaqve pluri
ma, qvæ literatorum omnium damno inæſtima
bili mors inopina intercipit, non ſolum viro
amicisqve infauſta, ſed ſcriptionibus etiam, &
meditatis, qvæ in aliorum manibus, nolo plagia
riorum dicere, deliteſcunt, lucem aliqvando
ne-

Digitized by Google

neſcio an ſub veri parentis nomine, conſpectura.

CHRISTOPHORUS CRIARDA Novarienſis Præpoſitus Collegii Clericorum Regularium S. Pauli ad forum Columnæ Antoninæ edidit,

1. *Apem Religioſam*, Urbano VIII. Mediolani apud Joannem Baptiſtam Bidellium 1625.

2. *Iconas Symbolicas Diſciplinarum Liberalium*. Mediolani apud Hæredes Pacifici Pontii 1626. Plura habet ambientia lucem, in eis *Elogia Illuſtrium virorum*, &, *ſuæ Congregationis Hiſtoriam*. Hujus honorifice meminit Vir. Bodinus in Bibliotheca Valentina in Bernardino Gomeſio. *Ferenda jactura, dum quod Gomeſius olim in civili, nuper Chriſtophorus Criarda Clericus Regularis S. Pauli in religioſa gubernatione deſcribenda cum laude præſtitit, edito opere de Api Religioſa, ubi melle dulciori oratione virorum in clauſtro degentium Remp. jura deſcribit ex Apibus deſumpta, & nunquam intermiſſa metaphora.*

CHRISTOPHORUS GRIMBERGERUS Societatis Jeſu Matthematicus edidit,

1. *Elementa Trigonometrica*, ideſt, ſinus tangentes ſecantes in partibus ſinus 100000. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1630. in 16.

2. *Euclidis ſex primi Elementorum Geometricorum libri cum parte undecimi*, Opuſculum primum Mathematicum, apud Hæredem Zannetti 1629. in 16. De viri ingenio Laurus in Orcheſtra. *Mutuatus eſt ab eo, Chriſtophoro Clavio, facem, an currum? Chriſtophorus Griembergerus, quo incolumi Cla-*

68 *viri deſiderium ob perſpicaciſſimum, qvo pollet judicium,*
*æqvo animo toleramus.*

CHRISTOPHORUS SCHEINER Societati Jeſu Sacerdos, Theologus, Sacræ linguæ, & ſcien tiarum Mathematicarum Ingolſtadii, & Fryburgi Briſgoiæ Profeſſor, admirabile de Solis Maculis, & Faculis Phænomenon primus inveni Ingolſtadii anno Chriſti 1611. menſe Martio, u idemmet fatetur in volumine magno, qvod Roſæ Urſinæ, ſive Solis titulo præſignivit ad Lectorem lib. 1. atqve 3. paſſim, qvas etiam primus ſub Apellis nomine poſt tabulam latentis, Marci Velſeri II. viri Auguſtani liberalitate in publicum edidit Auguſtæ Vindelicorum an. 1612. Non. Jan. perſcriptis tribus ad eundem Velſerum Epiſtolis. Itemqve Idibus Septembris anno eodem miſſis ad eundem aliis Epiſtolis, cum obſervationum Iconiſmis, macularumqve delineationibus. Epiſtolæ hæ manuſcriptæ una cum aliis multis poſt mortem Velſeri pervenere in Bibliothecam Archiepiſcopalem Mediolanenſem, ut mihi relatum eſt, in qvam etiam nunc dicuntur aſſervari. Elucubravit præterea.

1. *Diſqviſitiones Mathematicas de controverſiis, & novitatibus Aſtronomicis*: propugnatas à Joanne Georgio Loher diſcipulo, Præſidente Scheinero Magiſtro, Ingolſtadii 1614. in qvibus motum terræ Copernicanum eruditorum conſenſu prorſus elidit contra omnes Novatorum Paralogiſmos.

2. *Solem Ellipticum*. Auguſtæ Vindelicorum 1615.

3. *Exe-*

3. *Exegeſes fundamentorum Gnomonicorum*, de-
nſas à Jo. Georgio Schonbergero diſcipulo,
ræſidente P. Scheinero Profeſſore Ingolſtadii
15.

4. *Refractiones Cæleſtes*, ſive, *Solis Elliptici Phæno-
enon* illuſtratum. Ingolſtadii 1617.

5. *Oculum*, hoc eſt, *fundamentum opticum*. Oeni-
onti 1619. in 4. liber eſt à multis commendatus,
nunc qvoqve expetitus.

6. *Roſam Urſinam*, ſive, Solem ex admirando fa-
ularum, & macularum ſuarum Phænomeno va-
um, necnon circa centrum ſuum, & axem ſi-
um ab occaſu in ortum annua, circaqve alium
xem mobilem ab ortu in occaſum converſione
vaſi menſtrua, ſuper Polos proprios, lib. IV.
obilem oſtenſum. Bracchiani apud Andream 69
hæum 1630. in folio.

In lib. I. Apellem ſuum ab injuriis Galilæi Hi-
torica veritate auctor ſolide tutatur, Galilæi cir-
a hoc phænomenon errores patefacit, ſeqve
hænomeni ſolaris non invaſorem, ſed primum
epertorem, legitimum poſſeſſorem luculenter
emonſtrat.

In II. Difficultates omnes, qvæ circa hanc appa-
itionem emergunt, amolitur, modos obſervan-
di, atqve ordinandi maculas accurate docet, mul-
a præclara de oculo, de ſpecierum viſibilium ra-
diationibus, de lentium tubi natura, tandemqve
ipſum tubum opticum, qvod hactenus deſidera-
batur, demonſtrat.

In III. Obſervationes Macularum, & ſuas, &

 alio-

Digitized by Google

aliorum innumeras adducit, è qvibus, & locum & motum earum deducit.

In IV. Solis globum, circa ejusdemmet centrum gyrat annue, & menſtrue, gyrationis Theoriam proponit. Solem igneum, Cœlum liqvidum, & corruptibile facit, ex ratione, experientia, Philoſophis, Theologis, Sanctis Patribus pene omnibus, Scriptura ſacra. Deniqve de lumine de terræ *Atmoſphæra*, de Solis magnitudine viſibili experimenta mirifica adfert. Opus laborioſum, ſubtilitate, doctrina, experientiaqve varia, nova, eaqve vera plenum, Auctore, & Societate Jeſu dignum.

7. *Pantographicen*, ſeu, *artem delineandi*, res qvaslibet per Parallelogrammum lineare, ſeu cavum Mechanicum mobile, libellis duobus explicatam, & demonſtrationibus Geometricis illuſtratam; qvorum prior *Epipedographicen*, ſive planorum; poſterior, *Stereographicen*; ſeu ſolidorum aſpectabilium vivam imitationem, atqve projectionem edocet. Ars facillima, certiſſima totius graphices, atqve projectionis opticæ, ſeu perſpectivæ eſſentiam compendio complexa. Romæ apud Grign. 1631. Idem Auctor in manibus nunc habet *Parhelia*, in qvibus multa de Iridibus, Halonibus, Virgis, Chaſmatis ſcitu digna tractat.

*Maculas Solares aliqvot reduces*; earundem geneſim, & interitum novum, eumqve facillimum ipſas obſervandi, & curſus ordinandi modum depromit.

*Scin*

*Scintillationes ſtellarum.*
*Oculum, ſeu fundamentum Opticum auctum.*
*Oculos, ſeu fundamentum Opticum ſecundum.*
*Opuſcula Optica varia.*

Ante omnia autem *unius Maculæ reducis tripli-* 70
*m, curſum*, in lucem dabit una cum cu-
ısdam alterius Maculæ curſu, ex qvo Galilæus
onatus eſt in ſuis recentibus Dialogis motum
erræ annuum, & ſolis ſtationem deducere, ubi
ſtendet Scheiner ex illius Maculæ curſu, nihil
orum qvæ vult Galilæus concludi: ſed Gali-
æum verum Macularum motum ex Roſa Urſi-
ıa ſibi hinc transmiſſa modo didiciſſe, atqve hoc
allide diſſimulare, ideoqve lectori imponere,
Cœlo, Soli, Roſæ Urſinæ, ejusqve Auctori vio-
entas manus inferre, & hæc qvidem erit præli-
batio qvædam, qvam mox ſeqvetur ipſius operis,
*Prodromus pro Stabilitate terræ contra eundem Dia-
logiſtam*, in qvo compendioſe afferentur Galilæi
errores Logici, errores Phyſici, errores Mathe-
matici, errores Ethici, errores Theologici, atqve
ſacri: adeoqve ex omnibus his conſtabit detra- I
cta larva doctrinam hactenus mentita imperitia.

Tum opus ipſum ſeqvetur ſuo tempore, *pro
motu Solis, pro ſtatione Terræ*, elaboratum ex ſacris,
ex profanis fontibus, ex ſenſu, & ratione ſtabili-
tum. Scheinerum clariſſime extulit Pineda in
Eccleſiaſt. cap. I. verſ. 4. illis verbis: *Unum tan-
dem pro multis ultimum*, refero, *ſed in primis doctum
noſtri ordinis Chriſtophorum Scheinerum, Sacræ linguæ,
& Matheſeos in Ingolſtadienſi Academia Profeſſorem*,
qvi

*qvi in Diſqviſitionibus Mathematicis, de Controverſi & novitatibus Aſtronomicis diſputatis Ingolſtadii A no* 1614. *penitus disjecit, proſtravitqve Copernicanu illud commentum*, de motu terræ, *pulcherrimis argu mentis, tum Phyſicis, tum Mathematicis abſurdam Co pernicani Cœlorum Syſtematis falſitatem demonſtravi* Sed qvando jam Roma continuo Scheinerum annoqve ſuperiori Galilæum perſpexit oculis accepitqve auribus, concipiat etiam nunc anim abſentem ordine tertium, virtute, ſtudio, ac ſa pientia parem, qvem honoris cauſa recolo, Pe trum Gaſſendum Dinienſis Eccleſiæ Theolo gum, virum primarium, qvi novo ingenii acu mine, diſerta orationis textura, & admirando rum monumentorum copia Europæ innotuit Ea, qvia Romana gravitate præcellunt, dignaqv Romano aëre judicantur ab omnibus in medium afferam: ne ſapientia tantum, ſed ſcriptis etiam editis, ſicut reliqvi præſtantes viri in Aula Roma na locum habeat. Vidi itaqve ipſius.

1. *Exercitationes paradoxas in Univerſam Ariſtote-*
71 *lis Philoſophiam*, Gratianopoli in 8.

2. *Epiſtolam Apologeticam pro P. Merſennio adver ſus Robertum Flud*, in qva ipſius Fludi Philoſophia refellitur. Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy 1630. in 8.

3. *Parhelia*, ſive, *Soles qvatuor, qvi apparuerunt Romæ die XX. menſis Martii anni* 1629. ad Henricum Renerium. Pariſiis apud Antonium Vitray 1630. in 4.

4. *Mercurium ſub Sole viſum, & Venerem inviſam.* Pari-

Digitized by Google

ariſiis ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy 1630. in
. Ejusdem,
*Contra Ariſtotelis Univerſam Philoſophiam*, Volu-
nina, &
*Philoſophiam Epicuream inſtauratam*, docti viri
nxie expectant.
CLEMENS MERLINUS S. Romanæ Rotæ
Auditor edidit,
*Conſilia pro Julia Coſtabili.*
*Diana ab Agnella.*
*Alexandro Tertio.* Ferrariæ apud Victorium.
Baldinum 1615. Viri eruditionem, ac doctrinam
varie in Epiſtolis ad Familiares extollunt viri ſa-
pientia illuſtres, Fabius Leonida: *Tu vero quid
agis? cur ad Urbem non redis? Nimium diu abes: te-
que hic optant amici, & poſt longam abſentiam, jure vo-
lunt. Optat præcipue amantiſſimus tui Clemens Merli-
nus, quo cum ego intervalla temporum legalibus ſubtra-
cta ſtudiis ſæpe tranſigo inter Muſas, & quotidie magis,
magisque miror viri præſtantis ingenium, ut litibus di-
judicandis rectum, & prudens: ſic texendis carmini-
bus eruditum, & felix.* Antonius Sfortia, *Sed, bem,
exciderat. Poëma Illuſtriſſimi Merlini* de Sanguine
D. Januarii *ad te remitto. Fateor vidiſſe viam, qua
itur ad Poëticam laudem. Gemina corona illi debe-
tur. Nam ſummus Juris Antiſtes, ſummus eſt Vates;
ſicque illud Juris-Conſultorum grave temperat Poëta-
rum lenitate. Cum ejus Reſponſa lego, ipſius Themidis
oracula eſſe puto; cum ejus carmina, non aliter Muſas
ipſas locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent, mihi ſvadeo.*
An-

Digitized by Google

Andreas Mangellus: *Hoc tamen mirum in noſtr Merlino; qvod raro exemplo civilibus negotiis addi ctus, & iis omnibus ſeveriorum ſcientiarum dotibus cu mulatus, qvarum ſingulas in ſingulis diviſas demirare tur Orbis; adeo Poëſis laude exornetur, adeo ipſam Poe ſim exornet: ut ad hanc ſolam natus, & inſtructus eſſ*
72 *videatur. Habent ſane Rotæ Patres, qvod gratulentur oleam Themidis, tam pretioſa lauri inſitione fæcundio rem redditam eſſe: lancem Aſtrææ aurea chely æqvius li bratam; juſtitiæ numini famulatrices Muſas adjunctas imitatione, ſeu potius æmulatione magnorum priſci æv Verticum, Trebatii, Modeſtini, Proculi, & ex recentiori bus Alciati.* Et Gaſpar de Simeonibus ad Petrun la Seine, cujus ob os non Itali tantum, & qvi La tinis literis ſatis eruditi ſunt, ſed Graji etiam or obvertunt ſua; *Nepenthes tuum, magnum illud in geniorum pharmacum, non, ut olim, hoſpitibus curarun lenimentum, at ipſum modo in Urbe hoſpes, gratam ſu apud ſtudioſos excitavit, & gloriæ, & commendation curam. Peregrinæ qvidem, ac ſanctioris Opus erudi tionis viſum eſt omnibus, qvotqvot Romana Academia fæcunda literarum Parens, ad immortalitatem alit qvos ut prætereat, unum pro millibus habeo Clemen tem Merlinum; cujus hic tibi doctrinam adumbro, u in ejus æſtimatione judicia omnium agnoſcas, & plane in telligas, qvantum ex alieni præſtantia nominis tuum probes. Miratur jampridem, atqve exoſculatur tant Viri ingenium, ſevera alioqvi æſtimatrix, Roma: in qv & explicatam probitatem, & doctrinam æqvæ inſpecte non ad fucum compoſitam, ut, pro veteris ſapienti exemplo, tempora in eo, non virtutem reqviras; dign*

*cum*

*cumprimis, qui, & virtutis, & fortunæ aleam in ipſa Sapientiæ principe Aula evinceret. Et ſane illum, Juris non minus, qvam juſtitiæ conſultiſſimum, evexit Romana Rota; non qvæ fallax, ac lubrica, in ancipiti fortunæ gradu, Aulicorum vulgus circumagit; ſed qvam, æternitatis monumentum, æqvabilis, & conſtans Aſtræa inſidet, ad oracula publicæ felicitatis. Nec vero per Legum ſalebras aruit, vividum ingenium; Muſis nimirum amœnioribus excultum, floreſcentem viriditatem diu, & comiter oſtendit: eloqventia in eo eſt, qvæ molli ſententiarum lapſu blandè influens in animos, vel imitationem præſentibus comparet, vel admirationem poſteritati tranſcribat: mentis in univerſo Diſciplinarum ambitu, vis ingens: memoria ad miraculum tenax: acre judicium, nec aliorum ſtudiis parcens, quod ſuis exactæ caſtigationis penſum præſtituat: ut perinde tibi, Vir Clariſſime, tuto exiſtimandum ſit, ab illo tuum ingenium ad veritatem, non ad gratiam, commendari. At velim, à me Præſulem, ſtudiorum tuorum amantiſſimum;* 73
*tantum ad virtutis cenſum apud te evocatum, haud qvidem pro meo inſtituto laudatum putes; veteri, ac ſapienti monito, Optimorum laudem non eſſe; & inaniter qvemqvam virtutes admirari ſupra admirationem poſitas. Vale.*

COELESTINUS BRUNUS Venuſinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Theologiæ Profeſſor, & Cœnobii Panormitani Regens, edidit,

*Parvam Logicam*, ſive, *Præludium neceſſarium ad arduam Logicæ diſciplinam.* Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1618.

COE-

Digitized by Google

COELIUS TALUCCIUS Aſculanus edidi
Italicè,

*Il Paſſaggio di D. Maria d'Auſtria Regina d' Ungaria per lo Stato Eccleſiaſtico l' Anno* 1631. Auguſta 1631. in 4.

Scripſit præterea,

*Gli Applauſi del Campidoglio per il Prencipe Prefetto D. Taddeo Barberini*, Nondum evulgavit, qvod ſciam.

CONSTANTINUS CAJETANUS Syracuſanus Congregationis Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti, & Præſidens Collegii Gregoriani in Urbe, plurima tum ſua, tum aliorum, tineis obſita, concinnavit, partim edita, ſcilicet,

1. *Operum B. Petri Damiani*, Tom. III. obſervationibus, ac *Notis* illuſtratos. I. Continet Epiſtolarum lib. VIII. Romæ 1606. II. Sermones de Sanctis, & Sanctorum Hiſtorias. Ibidem 1608. III. Opuſcula Theologica, & Moralia. Ibidem 1615. in folio, Paulo V. Pont. Max.

2. *B. Amalarii Fortunati Ordinis S. Benedicti Cardinalis, & Archiepiſcopi Trevirenſis vitam*, Scipioni Burgheſio. Romæ Typis Jacobi Maſcardi 1612. in 4.

3. *Libros IV. de Imitatione Chriſti*, multis in locis ex Veteribus Codicibus reſtitutos, auctos, & emendatos, qvibus addidit, *Concertationem*, qva verus Auctor, eorundem librorum Joannes Gerſen Abbas Vercellenſis vindicatur. Paulo V. Romæ 1616.

4. Eandem *Concertationem* priori editioni auctio-

ctiorem, cui acceſſit, *Apologetica reſponſio* pro hoc ipſo librorum Auctore Joanne Gerſen, adverſus Heribertum Roſveidum Societatis Jeſu Presbyterum 1618. in 8.

5. Libros II. pro Joanne Diacono S. R. E. Cardinali, *de S. Gregorii Magni, ejusque Diſcipulorum Monachatu Benedictino*, Paridi Londronio Archiep. Salzburgenſi. Salzburgi 1620. in 4. 74

6. Sanctorum trium Epiſcoporum Religionis Benedictinæ luminum *Iſidori Hiſpalenſis, Ildefonſi Toletani, & Gregorii S. R. E. Cardinalis Epiſcopi Hoſtienſis vitas, & actiones*, ſcholiis illuſtratas. Acceſſerunt *Opuſcula* qvædam ejusdem S. Iſidori nondum edita. Philippo III. Hiſpaniarum Regi. Romæ 1616. in 4.

7. *Carmen* in libros Ligni vitæ, & eorum Auctoris Arnoldi Vioni commendationem. Venetiis 1595.

8. *Animadverſiones in vitam S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis*. Leguntur inter monumenta contra Schiſmaticos à Jacobo Gretſero Societatis Jeſu publicata. Ingolſtadii 1613. in 4.

9. *S. Columbanum Abbatem Bobienſem & Lucenſem, cùm ſuis fuiſſe Ordinis S. Benedicti, Aſſertionem*, inter Scholia in vitam S. Atagni à Martino Abbate Farſenſi ſcripta. Auguſtæ Vindelicorum 1627. in 8.

10. *De erectione Collegii Gregoriani in Urbe, Epiſtolam Encyclicam*. Romæ ex Typographia Cam. Apoſt. 1622. in 4.

11. Lingua Italica, *Giudicio ſopra la vita del Rè David*

G *ſcrit-*

*ſcritta dal Signor Ranuccio Pichi Secretario dell' Altezza di Parma.* Romæ 1631. Partim edenda,

*Operum S. Petri Damiani,* Tom. IV. erunt Orationes, Carmina & Rhythmi.

*Vitam S. Benedicti.*

*Acta S. Scholaſticæ Virginis ejusdem Sororis.*

*Acta S. Placidi Abbatis & Martyris.*

*Acta S. Gregorii Magni.*

*Acta S. Petri Cæleſtini.*

*Acta S. Thomæ Aquinatis.*

*De Sanctitate Luciferi Epiſc. Calaritani,* lib. II. Apologeticos.

*In vitam Gelaſii II. Papæ è Familia Cajetanorum à Pandulpho Piſano ſcriptam, Commentaria.*

*Vitam Bonifacii VIII. Papæ ex eadem Familia, cum Apologia pro ejusdem Bonifacii ingreſſu ad Pontificatum legitimo, prudenti regimine, & glorioſa morte.*

75 *De numis, & numiſmatibus in honorem B. M. V. cuſis,* lib. II.

*De Veneratione Sanctorum,* lib. II.

*De Sacroſancta Baſilica Vaticana.*

*De Antiquitate Regulæ S. Auguſtini, & Canonicorum, quos vocant Regulares,* lib. I.

*De Præſtantia Religionis Benedictinæ,* ſeu, *de quatuor cauſis ejusdem Regulæ, Materiali, Formali, Finali, & Efficiente,* lib. IV.

*Opuſcula quædam Ambroſii Authperti Magiſtri in humanioribus Caroli Magni, & Abbatis S. Vincentii de Vulturno prope Capuam fluvio.*

*Opuſcula S. Bertharii Abbatis Montis-Caſini, & Martyris ex ſanguine Regum Gallorum.*

*Opera*

*Opera S. Bruni Epiſcopi Signini, Tomis quatuor comprehenſa, &* Scholiis, & Argumentis *illuſtrata.*

*Variarum Concertationum*, volumen.

*CCC. de vitis Sanctorum Hiſtorias adhuc ineditas*; cum Notis, & Scholiis.

*Opuſcula diverſa Veterum Patrum*, Tom. III.

*Opuſcula, & Epiſtolas S. Columbani Abbatis Bobienſis*, cum Notis, & Argumentis.

*Sermones, & alia Opuſcula Joannis Gerſen Benedictini Abbatis S. Stephani Vercellarum, cum Apologia pleniori, & auctiori.* Illum fuiſſe legitimum Auctorem Librorum *de Imitatione Chriſti.*

*Opera Thomæ Galli Benedictini Abbatis S. Andreæ Vercellarum.*

*De Cajetana Familia Commentaria ab Anno Chriſti DCC. ad noſtra tempora.* Conſtantini, cum laude meminêre plurimi, inter eos non contemnendi Cæſar Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ſæpius, & Anno MLXXII. fatetur ideo à Clemente VIII. Romam accerſitum Cajetanum, ut impreſſioni Operum D. Petri Damiani præeſſet. Robertus Cardinalis Bellarminius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Damiano. Arnoldus Vionus Belga in libris de Ligno vitæ, Antonius Poſſevinus in Apparatu Sacro. Clemens Rainerius Anglus libro de Apoſtolatu Anglicano Benedictino. Franciſcus Bivarius Hiſpanus Commentariis in Flavium Lucium Dextrum. Bartholomæus Gavantus in Rubricas Breviarii. Franciſcus Avantius in Manuali Simplicium, Jacobus Gretſerus ad- 76
verſus Replicatorem Calvinianum. Joannes Sa-

las in 1. 2. Sancti Thomæ. Andreas Salazar Notis ad Regulam S. Benedicti, Lucas Vaddingus Notis in Opuſcula S. Franciſci, & Annalibus. Chriſtophorus Beſoldus, Spicilegio politico, & juridico. Maximilianus Sanderus Academicorum Commentariorum lib. I. Michaël Ghislerius Tom. I. Commentariorum in Jeremiam, Octavius Cajetanus Syracuſanus Notis de Sanctis Siciliæ, & in Hiſtoria Siciliæ. Andreas Victorellus, & Ferdinandus Vghellus Additionibus ad Ciacconum, Abrahamus Bzovius compendio Annalium Baronii. Conſtantinus Bellottus Colloqviis de inſtituto Gregorii Magni. Martinus Martinez Apologia de Patronatu Hiſpaniæ S. Æmiliani. Carolus Stengelius Lucida Corona Religionis Benedictinæ, & Monaſteriologia, qvam ipſi inſcripſit. Laurus Orcheſtra. Dominus de Marigliac, & alii, inter eos Conſtantinus Cajetanus, & *Archiviorum perveſtigator diligentiſſimus*, & *de antiqvitate Eccleſiaſtica bene merens*, & *plane doctus*, & *doctiſſimus*, & *de Antiqvitate merendi cupidiſſimus*, & *eruditiſſimus Pater*, & *pius*, & *gravis*, & *eloqvens*, & *elegans* paſſim, non ſine omnium admiratione audit.

CORNELIUS BALBIANUS Flander edidit Italice,

*Specchio Chimico.* Romæ apud Grignanum 1629. in. 8.

CORNELIUS HANEGRAVIUS Belga Canonicus Regularis Præmonſtratenſis Eccleſiæ B. Mariæ de Tungerlo Diœceſis Biſcoducenſis, Romæ

mæ ſui Ordinis Procurator, & Collegii Sancti Nortberti de Urbe, pro cujus fundatione ſummopere laboravit, conſtitutus præſes ſcripſit Italico idiomate,

*Compendium Vitæ, & Inſtituti S. Nortberti, Fundatoris S. Ordinis Præmonſtratenſis*, Guidoni Bentivolo Cardinali. Romæ Typis Jacobi Maſcardi 1632. in 8. Alia de ſuo Ordine propediem ab eo expectamus.

CORNELIUS CORNELII à LAPIDE, *Bucoldianus Eburo Societatis Jeſu Theologus, & linguæ Sanctæ*, ut narrat Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, *ac ſacræ Scripturæ annos XVII. Lovanii Profeſſor: nunc Romana in Urbe docet pari celebritate doctrinæ ac nominis. Scribendi genus ſectatur breve, quod Belgis familiare, eoque Biblia ſacra explanata evulgare cæpit*, videlicet,

*Commentaria.* 77

1. *In Pentateuchum.* Antwerpiæ apud Nutium 1623. in fol.

2. *In IV. Prophetas Majores.* Antverpiæ apud Nutium, & Fratres 1622. in fol.

3. *In Prophetas Minores.* Lugduni, ſumptibus Claudii Landry 1625. in fol.

4. *In Hieremiam, & Baruch.* Antverpiæ apud Nutium 1621. in fol.

5. *In Acta Apoſtolorum.* Lugduni, ſumptibus Jacobi, & Matthæi Proſt 1627. in fol.

6. *In omnes D. Pauli Epiſtolas.* Antverpiæ apud Hæredes Martini Nutii, & Joannis Meurſii 1617. in fol.



Digitized by Google

7. *In Epiſtolas omnes Canonicas.* Lugduni, ſumptibus Jacobi, & Matthæi Proſt 1617. in fol.

8. *In Apocalypſim.* Lugduni, ſumptibus ejusdem 1627. in fol. Sub prælo ſunt, *In libros Sapientiales*, hoc eſt, I. *in Eccleſiaſtem.* II. *Proverbia Salomonis.* III. *Sapientiam.* IV. *Cantica Canticorum.* Hominem nobis ita Victorellus in Recenſione Virorum Illuſtrium præſentavit, *Cornelius à Lapide in divinarum Scripturarum ſtudio laudate continuus earum explicationem viginti quatuor, & eo amplius annos in Belgio, & Romæ publicus interpres auditoribus tradidit, Enarrationes ejus pias, doctasque in Pentateuchum, in Prophetas Majores, in D. Paulum, obviis ulnis Christianus Orbis excepit. In Prophetas alios, in Apocalypſim, in Epiſtolas Canonicas, aliasque in alios Sacros libros breni vulgandas non minus lete excipiet.*

CORNELIUS SAS Theologus, & Canonicus Machlinienſis edidit,

*Epitomen Praxeos virtutum Theologicarum, præſertim qua media ſunt Salutis.* Romæ Typis Vaticanis 1632. in 16.

COSMUS MORELLES Valentinus Ordinis Prædicatorum Provinciæ Arragoniæ, Inqviſitor Colonienſis, inſignis Theologus, & pro Dei Eccleſia indefeſſe laborans, edidit,

1. *Opera omnia D. Thomæ Aqvinatis* emaculatis, variisqve lectionibus ſuæ integritati reſtitutis. Coloniæ in fol. Tom. XIII.

2. *Diſputationem Francofurdianam inter ipſum, & Miniſtros Calvinianos*, occaſione Apoſtaſiæ cujusdam

Digitized by Google

dam Religioſi factæ Hannoviæ propè Francofurtum. Colon. apud Grevenbruck. 1610. 78

3. *Diſputationem habitam inter eundem, & miniſtrum Boxbornium Calvinianum, quondam ruralem Decanum Tinenſem,* ſuper Juſtificatione, *Habitam Bredæ in Brabantia,* Coloniæ apud eundem.

4. *Flandriæ Metaphyſicam.* Ibidem.

Habet affecta penes ſe.

*Tractatum de Jure decimandi.*

*De Diſpenſatione Apoſt. in cauſa Matrimoniali Ducis Neoburgi.*

*Commentaria in primam partem D. Thomæ.*

*Quodlibetales Quæſtiones XL.*

*Opuſcula varia de Fide contra modernos Hæreticos.*

*Opera Alberti Magni ex Manuſcriptis codicibus correcta: quibus pleraque addet ejusdem non adhuc impreſſa,* & alia. Hujus cum laude meminerunt graves hujus ſeculi Scriptores, P. Gualterus in opere Chronologico ad annum 1612. Michael Rò, Joannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus, Aubertus Miræus, Franciſcus Sveertius, & Alphonſus Fernandez in Not. Scriptorum Prædicat. Familiæ de eo hæc ſcribit: *Fr. Coſmas Morellas Conventus S. Onuphrii prope Valentiam filius, ingenio promptus, judicio acris, memoria tenax, Hæreticorum noſtræ ætatis hoſtis acerrimus, ac indefeſſus malleator, Regens in Colonienſi ſtudio, atque in publica Academia Theologiæ Cathedræ Præfectus, edidit plures tractatus, per modum controverſiarum adverſus Calviniſtas, & Lutheranos, inter alios de Valore Operum noſtrorum, unum, circa Diſputationem celebrem, quam*

*Francofurti adverſus Calviniſtas habuerat. Vivit ad- huc maximo Religionis Catholicæ augmento, Hæretic- pravitatis Inqviſitor inſtitutus à Paulo V. Diœceſium Co- lonienſis, Moguntinæ, & Trevirenſis. De ipſo loqven- Capitulum generale Pariſienſe Anno MDCXI. in Pro- vincia Aragoniæ pag. 47. ſic ait. Ob multa, & ſingula- ria beneficia, quæ Magiſter Fr. Coſmas Morellas in par- tibus Germaniæ Ordini præſtitit, variosqve labores, quo- diſputando, & ſcribendo in Catholicæ Religionis propu- gnationem, hæreſisqve exſtirpationem pertulit, & in die- perfert, ſupplemus, ex ſpeciali gratia, & indulto qvem- cumqve defectum, qvi circa Magiſterium qvocunqv- modo acciderit, &c. Atqve operibus D. Thomæ Rom- impreſſis addidit Tom. XIII. Antverpiæ apud Joannem Krasbergium.*

## D.

79 DAMIANUS FONSECA Ordinis Prædicato- rum Theologus Eminentiſſ. Card. Ubaldin- edidit Italice,

*Del giuſto ſcacciamento de' Moreſchi da Spagna*, lib VI. ad D. Franciſcum de Caſtro. Romæ apud Bar- tholomæum Zannettum 1611. in 4. & Hiſpanic- 1612. in 8. De eo Alphonſus Fernandez Placen- tinus in Concertatione Prædicatoria, ubi de Scri- ptoribus Dominicanis. *Damianus à Fonſeca Luſi- tanus, licet Cœnobii Valentini Alumnus, eruditione con- ſpicuus, ſcripſit librum Italico Idiomate, quem poſtmo- dum tranſtulit in Hiſpanicum, de Juſta Maurorum ex- pulſione ab Hiſpania, & de rationibus ſolidioribus, ac ef-*

*ficaci-*

*ſicacibus, qvibus Catholicus Rex noſter Philippus III. è regnis Hiſpaniarum illos ejecit.*

DAVID CAMERARIUS Presbyter Scotus edidit,

1. *De ſtatu Hominis.*

*Veteris ſimul ac novæ Eccleſiæ*, &,

*Infidelium converſione*, lib. III. Catalauni 1627. in 4.

2. *De Scotorum Fortitudine, Doctrina, & Pietate, ac de ortu & progreſſu Hæreſis in Regnis Scotiæ, & Angliæ*, lib. IV. Pariſiis ſumptibus Petri Baillet via Jacobæa 1631. in 4.

DAVID HAEX Antverpianus publicavit,

1. *Dictionarium Malaico-Latinum, & Latino-Malaicum.* Romæ Typis Congregationis de Fide Propaganda 1631. in 4.

2. *Epiſtolas DLXIX. Iſidori Peluſiotæ ab Andrea Scotto Societatis Jeſu Presbytero Latinas factas.* Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1629. in 8.

DECIUS MAZZEUS edidit Italicè,

*Saluto Trionfale alla Maeſtà Chriſtianiſſ. di Lodovico XIII. Rè di Francia per la Roccella conqviſtata*, ad Guidonem Bentivolum Cardinalem. Romæ apud Corbellettum 1629. in 4.

DECIUS MEMMOLUS Presbyter Beneventanus, Patritius Arianenſis, Pauli V. à ſecretis ad Principes, & Canonicus Eccleſiæ Liberianæ edidit Italicè,

1. *Della Vita Chieſa, e Reliqvie de Sancti Qvattro Coronati*, Garziæ Millino Cardinali. Romæ apud Grignanum 1628. in 8.

80 2. *Avertimenti per Predicatori*, apud eundem 1630. in 24.

3. *Ricordi da valerſene per conſeguire quiete in que ſta vita, e per incaminarſi bene nell' altra, alle Monach di S. Suſanna dell' Ordine di S. Bernardo.*

*Dialogi doi da rappreſentarſi in Muſica.* Rom apud eundem 1630. in 24.

4. *La Suſanna Tragedia.* Romæ apud eunder 1632. in 8. Opus poſthumum evulgavit, vir pie tate, ac prudentia celebris Aloyſius Memmolu ejus frater. Reliqvit præterea.

*Alfonſo Rè di Gongo.* Tragœdiam.

*Vita del Cardinal Garzia Mellino.*

*In lode del ſervire*, Tractatum.

*Dell' Honore*, Tractatum.

*Delle coſe della Baſilica di S. Maria Maggiore*, Dia logum.

*Contro i Fauttori del Macchiavello*, Diſcurſum.

*Sopra la moſſa dell' arme Spagnole nel Monſerrato* Diſcurſum. Qvæ omnia penes dictum Aloy ſium Memmolum conſervantur. Sepulto in Ba ſilica Liberiana Chriſtophorus Memmolus fra ter alter Ruborum Epiſcopus, marmoreo tumulo inſcribi curavit.

*D. O. M.*

*Decio Memmolo*

*Hujus Baſilicæ Canonico*

*Paulo V. Pont. Max.*

*A Scretis ad Principes,*

*Solertia, fide, opera ſumme caro,*

*Eximia in Deum, & Homines pietate,*

*Vita*

Digitized by Google

*Vitæ integritate, morum candore,*
*Ac eruditione præſtanti,*
*Omnibus Aulæ ordinis amabili*
*Chriſtophorus Memmolus*
*Ruborum Epiſcopus*
*Fratri dulciſſ. lacrymans P.*
*Dormiens obiit, qui dicere poterat,*
*Ego dormio, & cor meum vigilat,*
*XIII. Kal. Julii.*
*Anno Domini MDCXXXI.*
*Ætatis LI.*

De eo Andreas Victorellus in Recenſione.

DERMICIUS THADÆI Hibernus Laonienſis, S. Theologiæ Profeſſor Ordinis Minorum, edidit, 81

1. *Nitelam Franciſcanæ Religionis.* Lugduni 1627. in 4.

DIDACUS COLLADUS Ordin. Prædicat. Provinciæ Hiſpanicæ, Conventus S. Stephani Salmanticenſis filius, è Japonia, ubi multos annos Verbum Dei prædicavit, venit Romam pro negotiis ad Propagationem Fidei pertinentibus expediendis; edidit,

1. *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Japoniæ ab an.* 1601. *ad an.* 1622. Madriti apud Petrum Tazzum 1632. in 4.

2. *Artem Grammaticam linguæ Japonicæ.* Romæ ex Typographia Congregationis de Fide Propaganda 1631. in 4.

3. *Modum confitendi, ac formulam examinandi pœnitentem Japonenſem.* Ibidem in 4.

4. For-

4. *Formulam proteſtandi Myſteria Fidei.* Ibidem.

5. *Dictionarium Japonicum,* ſive, *Theſauri lingu* *Japonicæ compendium.* Ibidem 1632. in 4. Qv omnia lingua Japonica, & explicatione Latin ſcripta ſunt. Sub prælo eſt,

6. *Dictionarium linguæ Chinenſis*, cum explica tione Latina, & Hiſpanica, charactere Chinenſ & Latino in 4.

7. Varia Opuſcula Madriti edidit, Regi Ca tholico exhibita, *pro commodiori Evangelii propaga tione apud Japones,* in folio.

DIDACUS PERESIUS MENSA, Hiſpanus edidit Hiſpanicè,

1. *Sermones varios.* Compluti in folio.

2. *Hiſtoriam generalem Hiſpaniæ à fundatione Hi ſpaniæ,* ad Philippum II. Regem Catholicum. Com pluti in folio.

3. *Julium Fulconem de effectibus mirabilibus Elee moſynæ, traductum in Sermonem Hiſpanum.* Complu ti. Scripſit præterea Latine,

*Geometriam practicam, noviter auctam in multis.*

*Coſmographiam,* ſeu, *De Sphæra mundi, cum omni bus ſuis concluſionibus demonſtrantibus, ex primis, veris, & immediatis.*

*Geographiam, cum demonſtrationibus.*

*Artem navigandi, cum omnibus demonſtrationibus Geometricis.*

*De Methodo ſcribendi, & docendi ex Doctrina Ariſto telis.*

*Contra Geomantiam, & Sortilegiam.*

*Compendium Phyſicæ Ariſtotelis.* *Arithmeticam.*

*Com-*

Digitized by Google

*Compendium in Ariſtotelis librum de Generatione.*
*De Incertitudine judiciorum Aſtrologiæ*, Tractatum. 82

DOMINICUS BANDIERA, Protonot. Apoſt. & in Almæ Urbis Gymnaſio Moralis Philoſophiæ Profeſſor, edidit,

1. *Super Adagio Veteri*, Veritas odium parit, *Problema Ethicum ad lib. IV. Moral. Ariſtotel.* apud Corbelletum 1631. in 4.

2. *De hominis activa vita*, ſeu, *Moralis diſciplinæ compendium.* Ibidem apud eundem 1630. in 4.

3. *Utrum nobis optandum ſit, ut amici noſtri ad ſupremos opum, & dignitatum gradus evehantur.* Ibidem 1631. in 4.

DOMINICUS BENIGNUS edidit Italice,

1. *Ode per un' Habito mandato in dono dalla Principeſſa di Venoſa al Sig. Principe Lodoviſio ſuo Spoſo.* Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

2. *Canzone*, in Nuptiis DD. Barberinorum.

3. *Drama ſopra l' iſteſſo ſoggetto per Muſica.* Ibid. 1629. in 8.

DOMINICUS CAMPESIUS, Ordinis Prædicatorum, edidit,

1. *Delli Motetti à due, tre, e quattro voci, con una Compieta*, lib. I. Panormi apud Joannem Baptiſtam Maringum 1615. in 4.

2. *Delli Motetti à due, tre, e quattro voci*, lib. II. Ibidem.

3. *Floridum concentum binis, ternis, & quaternis vocibus modulandum.* Romæ apud Jo. Baptiſtam Roblettum 1622.

4. *Lilia campi binis, ternis, quaternis, & quinis vo-*
*cibus*

Digitized by Google

*cibus modulanda, cum Completorio, & Litaniis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.* Romæ apud Lucam Antonium Soldum 1623. in 4.

5. *Lilia campi binis, ternis, qvaternis, qvinis, & ſenis vocibus modulanda.* Romæ apud Paulum Maſottum 1627. in 4.

DOMINICUS FIDINUS, Baſilicæ Liberianæ Canonicus, ſcripſit, ediditqve Italicè,

*Vitam S. Bibianæ Virg. & Mart.* Urbano VIII. apud Corbellettum 1627. in 4. Qvæ poſtea anno 1630. mutatis tantum præludiis libri, tanqvam noviter impreſſa in Bibliothecis, expoſita eſt, ſuppreſſo Auctoris nomine, atrox in manes tanti viri facinus, ſi non erit merum furtum; omnium admiratione, qvi Auctorem illius, non de S. Bibiana tantum, ſed & reliqva Hiſtoria Eccleſiaſtica bene meritum cognoſcunt, & dictitant.

DOMINICUS MASSENTIUS, edidit,

1. *Li Motetti à una voce ſola,* apud Maſottum in f.

83 2. *Motetti à due, e più voci.* Romæ apud eundem in 4.

3. *Salmi à qvattro.* Romæ apud eundem in 4.

4. *Salmi à otto.* Romæ apud eundem in 4.

5. *Canzonette à una, e più voci.* Romæ apud eundem in 4.

DOMINICUS PONTICELLUS ſub nomine Cœlii Pinti edidit Italice,

1. *Trattato della Peſte Parte I. & II.* apud Phæum 1631. in 8.

DOMINICUS PICUS J. C. Eretanus Epiſc. Amerinus edidit,

*De*

*De Contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris ad Cap. CLI. Lib. I. Statutorum Urbis*, *Commentaria*, ad Paulum V. Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſt. 1615. in 4.

DOMINICUS SALOMONIUS edidit,

*De S. Ivone*, Orationem habitam in ejus Templo. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1627. in 4.

DOMITIUS PLATUS, Societatis Jeſu, edidit Italice,

*Della Paſſione del Salvatore*, Tractatum. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1617. in 4. & deinde in 8.

# E.

EMMANUEL FARIA Souta Luſitanus, Marchionis Caſtri-Rodrigi à Secretis edidit Hiſpanice,

1. *Diſcurſus Morales & Politicos*. Madriti 1623. in 8.

2. *Varia carmina*, ſtylo Heroico & Lyrico ſex partibus comprehenſa. Madriti apud Franciſcum Partam, Jo. Belgadum, & Didacum Flamencum an. 1624. 1625. & 1627. in 8. 12. & 16.

3. *Epitomen Hiſtoriarum Luſitaniæ*, qvatuor Sectionibus. Madriti apud Franciſcum Martinez 1628. in 4. Editurus eſt.

*Diſcurſuum Moralium, & Politicorum*, partem alteram.

*Hiſtoriarum Luſitaniæ de rebus in Aſia, & Africa geſtis*, Partem V. & VI.

*Hiſto-*

Digitized by Google

*Hiſtoria Marchionum Caſtelli Roderici*, *illuſtris Familiæ de Moura*, opus ad fidem inſtrumentorum compactum.

*Stemmata Nobilium Familiæ Luſitaniæ.* De eo Vim-Bodinus in Opere Genealogico Familiæ Vim-Bodinorum c. 5. *Hinc Duci Fariæ nomen, qvod ejus poſteris, ac caſtro communicatum. Sic conſtans,*
84 *ac freqvens opinio in Luſitania, qvum nobis retulit Nobilis Emmanuel Faria, & Soura, Militiæ Chriſti auratus eqves, elegans, & argutus rerum Luſitanarum Scriptor, Vir qvidem, omnium bene de literis ſentientium approbatione, ad qvæcunqve literaria munera ob egregias animi dotes cum laude obeunda, natus, præcipue Illuſtriſſimi Luſitaniæ pro Rege Vicarii D. Alphonſi Furtati Mendocii Archiepiſcopi Ulyſſiponenſis, optimi ingeniorum æſtimatoris, ac Mæcenatis calculo commendatus, qvi illum nec ex facie notum, tantum editis lucubrationibus, ac fama conſpicuum, à Secretis, ut vocant, Status Indiæ Orientalis, & poſtea Portugalliæ Coronæ deſtinabat, niſi fatum, literatis hominibus ſemper adverſum, tanti Præſulis conatus, atqve conſilia interrupiſſet. Hæc paucula, qvando Fariæ mentio forte incidit, adjicienda putavi, ut apud poſteros in noſtris, amicitiæ inter nos Romæ contractæ monumentum aliqvod extaret.* Plura de eo Felix Lopius Vega, magni nominis apud Hiſpanos Poëta, in Epiſtola ad eundem. Alii etiam illius pasſim cum laude meminerunt, præcipue cum ſermo de rebus Luſitanicis fit.

F.

# F.

FABIUS AMBROSIUS Spinula, è Societate Jeſu, edidit,

*Orationem in Paraſceve*, ad Urbanum VIII. habitam in Sacello Pontificio. Romæ in 4. Mox in folio edet,

*De Vita David.*

FABIUS LEONIDA J. U. D. edidit,

1. *Gemitum pœnitentis*, in VII. Odas diviſum, & ad VII. Pſalmos pœnitentiales in modum Paraphraſis accommodatum. Romæ apud Phæum 1628. in 4. & Corbelletum 1629. in 12.

2. *Paraphraſim in Cantica Gradualia.*

3. *Paraphr. Pſalmor. qui recitantur in Officio Angeli Cuſtodis*,

4. *Carmen*, in Nuptijs DD. Barberinorum. Romæ 1629. in 8.

5. Plurima ejus *Carmina* utraqve lingua ſparſim apud Julium Capaccium in Elogiis Mulierum, & Virorum Illuſtrium: & Ravennæ inter alios Rhythmos Italicos 1623. & alibi. Parat editioni.

*Pſalmos*, & *Cantica*, qvæ in Officio B. M. V. recitari ſolent.

*Carminum Latinorum*, Volumina duo. Italicè 85
vero.

*Un Poemetto in Ottava Rima, in titolato, Roma liberata dalla peſtilenza*, in laudem D. Gregorii Magni.

*Di varie Rime Liriche Toſcane, due parti.*

*Due volumi di Lettere, uno di Negotii, e l'altro di*

H *Com-*

Digitized by Google

*Complimenti.* Incumbit tamen ad reliqvorum Pſalmorum *Paraphraſim* abſolvendam, ut integr omnium *Paraphraſis* habeatur. In Fabii laudes dum verba Carminum, & ſententias ponderat literis ad eum datis, nimium, ſed ingenue pro fuſus eſt Marchio Villæ, acer harum rerum æſti mator.

FAMIANUS STRADA, Romanus, Societa tis Jeſu, edidit,

1. *Proluſionum Academicarum*, lib. III. Roma 1617. in 4.

2. Hiſtoria, *De Alexandro Farneſio*, Romæ ſu prœlo eſt. Proxime etiam prodibunt in lucem alia ab eo compoſita, ut,

*De Inſignibus*, vulgo *Impresſiis*, liber.

*De Artificio contexendæ Orationis*, lib. IV.

*De Affectibus oratorie concitandis*, liber.

*De Moribus ad Oratoriam*, liber.

*De Re Poëtica*, lib. V. qvorum I. *De Poëtica* in univerſum. II. *De Epica*. III. *De Tragica*. IV. *D Comica*. V. *De Dithyrambica*.

*In Partitiones Oratorias Ciceronis*, Commentarius

*In Rethorica Ariſtotelis*, Commentarius.

*Orationum*, Tom. II.

*Epitaphiorum à ſe compoſitorum*, liber. Meminit illius Laurus in Orcheſtra. De eo item Georgius de Forti-Scuto, Anglus, in Feriis Academicis. *Ac en alium, & Famiani Stradæ Proluſiones in manus ſumpſit, en virum omnium literarum, linguarumqve qvas unqvam ſuſpexere antiqvi. Qvis inter illos, aut dixit, aut cecinit bene, qvem Strada non retu-*

*li*

*lit collatione emendatum? Hic Tullius, ſeu fuſe ad po-
pulum, ſeu ſtrictius ad Academicos mellita oratione
fluit; Hic Livius ſuam Hiſtoriam reginam à Romulo
ad noſtrà deducit tempora; Hic ſuſpicioſus Tacitus exem-
plar ſubdititii erroris acutiſſime fingitur. Hic tragice
præliatur Lucanus, perſpicue rem oculis proponit Clau-
dianus, ludit ingenioſe Ovidius, buccas inflat famoſus
Statius; ſuaviſſimeqve canit Virgilius, dum Camillus
Qvernus, ille Poëtarum mimus, athleticè digladians ver-
berat innocentes Muſas.* Andreas Victorellus, *Fa-
mianus Strada, artis bene dicendi multorum annorum* 86
*publicus Romæ Magiſter, multiplicis eruditionis laude
florens, Otator, Hiſtoricus Poeta tota Europa celebris, Pro-
luſionum Academicarũ typis cuſarum auctor, nonnullos
modo in purpura illuſtriſſimos viros erudivit; Liviani,
Saluſtiani, Ciceroniani in ſoluta oratione, Ovidiani, Sta-
tiani, Virgiliani in carmine ſtyli, cum libet, imitator,
inter plurimos caſtigatæ Latinitatis Scriptores delectus eſt
unus, à qvo Magni Alexandri Parmæ, & Placentiæ Du-
cis, Belgiiqve domitoris res præclare geſtæ hiſtorica, ea-
qve prudenti, & eleganti narratione poſterorum memo-
riæ tradantur.*

At vero rebus Belgicis, ſecundo nimium fato, Scriptores hoc tempore laudatiſſimi una contigere: hanc ſiqvidem mox edendam Famiani Hiſtoriam præceſſit altera Italice nuper edita, de Bello Belgico, Eminentiſſ. Cardinalis GUIDONIS BENTIVOLI; qvam omnium plauſu, atqvè admiratione exceptam, tanqvam ſuaviſſimum eloqventiæ epulum doctis ingeniis inſtructum videmus. Reliqvam ejus partem ſummis votis

expectant Viri ſummi; & jam, cujuslibet di
morula, tamqvam ingentium temporum circu
tu, deſiderio ſeneſcunt; utinam qvam citiſſim
longa iſta, infeſtaqve ſenecta exueremur. Gr
ve eſt de hac ipſa Hiſtoria Gaſparis de Simeon
bus, Viri Clarisſimi, judicium, Epiſtola ad F
bium Chiſium, utriusqve Signaturæ Referenda
rium, & Ferrariæ Prolegatum: *Scio, tibi, Vir Illu*
*ſtrisſime, pro ingenii tui magnitudine, Bentivoli Ca*
*dinalis Belgici Belli Hiſtoriam tam jucunde lectitatam*
*atqve exacte perpenſam, ut hic vel laudationem mea*
*apponere, vel judicium ſubtexere, inane prorſus, ac ſu*
*pervacaneum putem. Verum, qvia è magnis rebu*
*oblectamentum commemoratione ipſa juvat repetitum*
*haud ingratum accidet, ad eam te voluptatem tantiſpe*
*revocare, ac, veluti ex intervallo, tecum reguſtare ſen*
*ſum meum. Et qvidem nuperam hanc Italiæ noſtr*
*felicitatem jure gratulamur, qvæ in re ardua, atqve*
*pleriſqve tam varie agitata, Viri Principis ingenium*
*nacta eſt, cujus patrio ſermone Hiſtoriam, poſteris, a*
*antiqvæ ſcriptionis notam, illuſtri in exemplo ponat.*
*Habuit ille materiæ delectum ſe dignum autore; ut, &*
*rei magnitudine præclarum, & ſcribentium compara-*
*tione plauſibilem. Jam vero ad hiſtoriæ exædificatio-*
*nem, qvam prudenter omnia collocata! qvam apte di-*
87 *ſpoſita! ut, qvantum male cordatus aliqvis, invidia*
*apud potentiores, ſcribendo, laborarit, tantundem &*
*gratiæ hic ineat, & commendationis conſeqvatur. Non*
*is, qvamqvam penitiſſima rerum arcana pervaſit, in*
*Hiſtoricorum ſcopulum impegit, politicam prudentiam;*
*qvam in iis, qvæ è re Chriſtiana ſunt, religioni, ac pie-*
*tati*

Digitized by Google

*tati innoxiam famulari compellit, ac docet; una vindice, qua Hiſtoriam armat, atque animat, veritate. Res omnino videas continenter, ac ſolide contextas, ut ne, identidem conſtiſſa narratione, male animus induat eam, quam Hiſtoricus aſſuit, utilitatem, ac fidem. Nulla in ludicris mora; nulla levium conſectatio; par in omnibus ſplendor; gravi adeo, ac decoro ductu, ut ubique ſcribentis dignitatem, & purpuram agnoſcas. Apta oratio, quæ nec ſatietatem jejuna pariat, nec opleta, ac tumens legentem fatiget, ac premat; ut narratio perinde ſedate fluens, molliter animum provehat, leni quadam aura dictionis. Cultu paulo majore, non quidem ambitioſo, conciones aſſurgunt, & hortationes; concitatæ illæ, ubi res poſtulat, & ad permovendum aptæ, quas tamen ab offenſa arceat prudens ipſa ſtyli temperatio, ac lenitas. Regionum, ac locorum notio diligens, haud nimia; ad rem nec incurioſe exacta, nec longiore ambitu, conquiſita inaniter, ac deſignata. Accedit poſtremo ſolers experientia ſcribentis, publico graviſſimarum rerum uſu comparata; ſine qua umbratilis, ac privata eloquentia haud facile ſe ad normam effingat abſolutiſſimæ Hiſtoriæ. Habent jam magna illa bellatorum nomina, quam acceptam referant immortalitatem doctiſſimo Viro: habet & avitum genus, quam illi ſe debere fateatur, laudem hereditariæ virtutis; quod, vel in ipſo togatæ pacis otio, ſagata Majorum exempla propius ut attingat, bella conſcribere præclarum ducat; & obſignata ſubinde domeſtico ſanguine arma, literis conſignare. Hæc apud te, Fabi eruditiſſime, ſapientius antehac explorata, haud vereor, quin publico literatorum calculo ſanciantur; quo plurimum iſtinc momenti*



Digitized by Google

*acceſſurum confidam vel judicio, vel admirationi meæ,
Vale.* Qvid ipſe ſentiam, rogat neſcio qvis. Fa-
teor me ſæpius opus recognoviſſe, non tantum
rerum, ſed ſententiarum, & verborum etiam pon-
dera moroſe admodum, ſed ingenue examinaſ-
ſe, adnotaſſeqve in eo plurima, qvibus cæteri,
qvi ſubinde ad ſcribendam Hiſtoriam animum
adverterint, meliores; dummodo illius veſtigiis
88 inſiſtant, (arduum ſanè negotium) fieri poterunt.
Sed cum, ex inſtituti mei ratione, monumenta
hic Scriptorum recenſeam, non mea de illis ju-
dicia interponam, examen illud meum, & de
ejusmodi monumentis ſententiam, qvam & pri-
vatim, & multis audientibus palam recitavi, cla-
risſimaqve voce teſtatus ſum exponere ſuper-
ſedeo: non ita tamen, ut, ſi qvid apud alios, ſe-
dulus harum rerum indagator, mihi paraverim,
qvod & opus illuſtret, & Auctorem, de qvo mihi
ſermo eſt, exprimat ad amusſim, deteſtando ſi-
lentio involvam. Cum itaqve magni illius an-
tiqvorum Cenſoris, ſed integerrimi (an non tibi
venit in mentem modo Dionyſius Halicarnaſ-
ſeus?) luculentiſſima ſcripta percurro, forte in
ejusdem de Theopompo Chio, probatiſſimo Hi-
ſtorico, judicium mentem figo; & tanti Cardi-
nalis lucubrationes non conjectura, ſed oculis,
ac manibus teneo. Vide eas ſub Theopompi
nomine, exactiſſima qvadam ratione perpenſas.
Male credis? Non prædico nugas. Dabo illius
ſententiam, licet alienis verbis, qvo magis cre-
das: *Theopompus Chius, cum multas Orationes, tum in*

*ge-*

Digitized by Google

*genere demonſtrativo, tum in deliberativo conſcripſerit,
& Epiſtolas Archaicas, & adhortatorias alias, & memorabilem compoſuerit Hiſtoriam, dignus eſt, qvi laudibus in cœlum feratur; primum qvidem ob materiam Hiſtoriarum (ambæ enim præclaræ ſunt) deinde etiam propter diſpoſitionem. Utraqve enim facile percipi poſſunt, & apertæ ſunt. Et vel maxime laudandus eſt ob diligentiam, & ſtudium qvod in ſcriptione poſuit. Perſpicuum enim eſt, eum, etiamſi nihil poſteritati reliqviſſet, multum apparatum huic rei impendiſſe, & maximos ſumptus his colligendis feciſſe. Ad hæc multorum ipſe ſpectator fuit, & in multorum hominum, qvi tum principatum tenebant, & Imperatorum, & Oratorum, & Philoſophorum familiaritatem Hiſtoriæ conſcribendæ gratia ſe inſinuavit, rem Hiſtoriarum conditori, omnium maxime neceſſariam, veniens ad finem perduxit. Cujus ſtudium, & laborem cognoſcere poteris, ſi varietatem ſcriptionis ejus reputaveris. Nam & gentium conſtitutiones retulit, & civitatum exſtructiones narravit: & Regum vitas, & mores cujusqve proprios expoſuit: & ſi qvid admiratione dignum aut ab opinione alienum aliqva regio tulit, opere ſuo comprehendit. Nec qvisqvam autumet hæc ſolummodo animi oblectionem habe-
re, ſed omnibus, ut paucis dicam, ſummam utilitatem af-* 89
*ferunt. Ut vero multa alia ſilentio præteream, qvis eſt, qvi inficias ibit, eos, qvi philoſophicæ eloqventiæ dant operam, oportere multas gentes, & Barbarorum, & Græcorum cognoſcere, multas leges audire, Rerump. formas, vitas virorum, mores, & fortunam perſpectas habere? His omnibus copiam præbuit Theopompus, non abſtractam à rebus, ſed cohærentem: qvæ omnia ad*

*imitationem valent. Ad hæc, qvantum ex Philoſophia, de pietate, & de aliis virtutibus, multis pulchris orationibus editis, diſſerit: Ultimum eſt ejus opus maxime inſigne, qvod à nullo alio eorum, qvi res geſtas ſcriptura perſecuti ſunt, adeo diligenter elaboratum eſt; nec qvisqvam, neqve priſcorum, neqve recentiorum ejus præſtantiam aſſeqvi poſſet. Qvid vero hoc eſt? illud inqvam, qvod in ſingulis rebus, non modo ea, qvæ multis manifeſta ſunt, videat & recenſeat, ſed qvod cauſas abditas rerum, & eorum, qvi eas effecerunt, animum, qvem haud facile eſt multis noſſe, exqvirat, & qvod omnia ſecreta virtutis fucatæ; & vitii latentis detegat, ac in apertum proferat. Ac mihi qvidem videtur inqviſitio judicum, qvæ fit ſcriptis Theopompi, non minus diligens, & exacta, qvam illa qvam fabulantur animis corpore ſolutis apud Inferos fieri ab iis, qvi illic ſunt, Judicibus. Proinde etiam obtrectator videtur eſſe dum nonnullos debitis conviciis afficit, & facta Virorum illuſtrium non neceſſaria perſtringit: ſimile qviddam faciens, ac Medici, qvi corruptas corporis partes, ſecant, & urunt, qvam profundiſſimè cauteria, & ſectiones immittentes, non tamen ſanas corporis partes, & bene affectas attingunt: Atqve hujusmodi eſt Character Theopompi, qvi res continet. Ea autem forma, qvæ in elocutione cernitur, maxime ad ſimilitudinem Iſocrateæ accedit. Pura enim dictio, vulgaris, ſimplex, perſpicua, ſublimis, magnifica, & ſummam pompam præ ſe fert, & qvadam harmonia temperata eſt, jucunde, & ſuaviter fluens. Differt autem ab elocutione Iſocratis in auſteritate, & vehementia in aliqvibus, nimirum cum ſe in affectus concitandos dederit, & vel maxime cum Urbibus, &*

Duci-

*Ducibus improba conſilia, & res geſtas exprobrat, atqve vitio dat. Multus enim eſt in iis, & à Demoſthenis, accrimonia ne paululum qvidem abeſt: qvod tum multis in aliis libris, tum ex Epiſtolis Archaicis, qvas ingenio indulgens ſcripſit, perſpici poteſt.* At qvinam hic ab Halicarnaſſeo expreſſus, Theopompus, an Bentivolus? certe, præſcia Scriptoris mente, indiſtincte uterqve. Binas Theopompus Hi- 90
ſtorias ſcripſit, & Epiſtolas, & Orationes multas, tum in genere demonſtrativo, tum in deliberativo: Nos item Cardinalis Bentivoli Relationes, & Hiſtoriam Belli Belgici, cum Epiſtolis, jam præ manibus habemus, & certa me ſpes tenet, Orationes etiam ejusdem aliqvando communi omnium bono habituros. Relationes ipſius, ad res Belgicas pariter ſpectantes, Erycius Puteanus, Epiſtola nuncupatoria ad Iſabellam Claram Eugeniam, Infantem Hiſpaniarum, maximopere, ut par eſt, commendavit.

FAUSTUS VERDELLUS edidit Italicè, *Iſtoria delli ſucceſſi della Chieſa*, primam partem, Urbano VIII. Romæ apud Maſcardum 1632. in 4. Molitur alteram partem.

FEDERICUS CÆSIUS, Dux Aqva-Spartæ II. S. Angeli, & S. Poli Princeps I. Marchio Montis-Cœlii II. & Baro Romanus, Academiæ Lynceorum Princeps I. & Inſtitutor, non genere tantum, ſed diſciplinis etiam celeberrimus, edidit,

1. *Apiarium*, ex Frontiſpiciis naturalis Theatri, qvo univerſa mellificum familia ab ſuis prægeneribus derivata in ſuas ſpecies in Phyſicum con-



Digitized by Google

conſpectum adducitur. Romæ 1625. in fol. magno expanſo.

2. *De Cœlo*, qvo auctoritate SS. PP. Cœlum eſſe fluidum, non ſolidum demonſtratur, impreſſum cum Roſa Urſina Chriſtophori Scheineri.

3. *Tabulas Phytoſophicas*, ubi de natura Plantarum luculenter pertractat, una cum plantis Mexicanis. Brevi publicabuntur ejusdem.

*Metallophytum*, qvod Card. Barberino, & Urbano VIII. obtulit.

*Phyſica matheſis.*

*Naturæ Theatrum*, vol. ingens, è qvo *Apiarium* depromptum eſt.

*Univerſale rationis Speculum*, in qvo Univerſalis ars Scientiarum continetur.

*Prodigioſorum omnium phyſica expoſitio*, pluribus libris.

*Cœleſtis natura expoſita*, pluribus libris.

*Moralia*, *Paradoxa*, *Monita*, & ſimilia pluribus libris. In Geometricis item, ac Mechanicis pleraqve de novo excogitavit, ſcripſitqve aſſidue in aliis ſcientiis; Lynceorum, aliorumqve opera in rei Literariæ commodum promovit; ad ſcribendum invitavit, ac plane impulit, qvorum poſtea ſcriptiones ipſe propriis ſumptibus edi curavit. Tandemqve latitantem novæ Hiſpaniæ rerum Medicarum Nardi Antonii Rechi uti-
91 liſſimum hominum ſanitati Volumen, à pluribus
Lynceis, & à ſe Commentariis, Animadverſionibusqve illuſtratum, & vario Iconum genere condecoratum, nulli parcens ſumptui, in proſpe-

ctum

ſtum omnium Typis dedit. Principis hujus eruditionem, & in rebus naturalibus perqvirendis, atqve inveſtigandis acumen Jo. Baptiſta Porta in præfatione libri de Diſtillatione expresſit.

FEDERICUS CHRISTOPHORUS edidit Italice,

*Vitam S. Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani*, Ferdinando II. Magno Hetruriæ Duci 1629. in 4.

FELIX CONTELORIUS Cæſius, Juris, & S. Theol. Doctor, & ex Cuſtode Biblioth. Vaticanæ Cam. Ap. Commiſſarius edidit,

1. *De Aſcenſione Domini*, Sermonem habitum in Baſilica S. Petri. Romæ Typis Jacobi Maſcardi 1616. in 4.

2. *De Deo, Trino & Uno*, Orationem habitam in Baſilica S. Mariæ majoris. Romæ apud eundem 1614. in 4.

3. *De Præcedentia*, & *De Societatibus Officiorum*, Qvæſtiones. Lugduni apud Laurentium Durantium 1630. in 8.

4. *Indicem Legalem Auctorum Materias ex profeſſo tractantium*, ex Bibliotheca Joannis Baptiſtæ Coccini Rotæ Decani, & Sacræ Pœnitentiariæ Regentis; cum Barboſæ Collectaneis.

5. Qvæſtionem, *Utrum Clericus poſſit à Miniſtris Eccleſiæ extrahi à loco ſacro in illis caſibus, in qvibus Laicus extrahi non poteſt*, apud Barboſam in Collectaneis Doctorum lib. III. Decretalium, de Immunitate Eccleſiaſtica Cap. Inter alia. Num. 14.

6. *Conſilium*, apud Maſſobrium in Praxi habendi concurſum. Prælud. 23. dub. 2. num. 66. fol. 208.

7. No-

7. *Notas, & Quæſtiones in Praxim Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ.* Romæ apud Jacobum Maſcardum in 4.

8. *De Præfecto Urbis,* Capita 6. Romæ in 4. Editioni parat,

*De Canonizatione.*

*Vitam Martini V.*

*De Cardinalibus à Martino V. usqve ad hæc tempora.*

*De Rebus geſtis Alexandri III. ab an.* 1175. *usqve ad an.* 1178.

*Notas, & Animadverſiones ad Fortunati Ulmi libellum de Alexandri III. occulto adventu Venetias* 1177. Ex qvibus proſtat liber hoc titulo.

*Concordiæ inter Alexandrum III. Summum Pontifi-*
92 *cem, & Fridericum I. Imperatorem Venetiis confirma-*
*tæ narratio ad veritatis ſcriptum ſtabilita. Crimina-*
*tiones ab Auctore Actorum Alexandri III. & Chronico*
*Romualdi Archiepiſcopi Salernitani depulſæ. Cæſaris*
*Cardinalis Baronii auctoritas à calumniis vindicata, ex*
*Notis & Animadverſionibus Felicis Contelorii, Biblio-*
*thecæ Vaticanæ Cuſtodis, ad Fortunati Ulmi libellum,*
*de Alexandri III. occulto adventu Venetias anno*
*M C LXXVII. Pariſiis apud Dionyſium della Nove*
1632. *in fol.*

FELIX FELICIUS, Monto-Politanus Sabinus, è Societate Jeſu, edidit,

*Onomaſticum Romanum,* apud Corbellettum, 1628. in 8.

FERDINANDUS, CÆSARINI Ducis frater, edidit carmine,

*Gratu-*

*Gratulationem Ferdinando Cæſari dictam* in Collegio Romano Societatis Jeſu. Roncilioni apud Grignanum 1619. in 4. In eum elegantisſime cecinit Gregorius Portius:

*Sanguine Cæſareo, trabeisque ſuperbus avorum,*
*Pulvere Palladio plena Lycea teris.*
*Abdita naturæ reſeras, Sophiæque receſſus,*
*Et verſas crebro grande Platonis opus.*
*Avia rimaris, rimatus pervia reddis,*
*Juris & immenſi docta Theatra colis.*
*I decus, I noſtri ſecli, Fernande, recludet*
*Fama tibi ſedes, teque per aſtra feret.*

FERDINANDUS CAROLUS edidit Italicè,
1. *Nereo, per un Balletto di Nereidi e di Tritoni*, in Nuptiis Comitis Nicolai Caprariæ, & Victoriæ Picol-Homineæ.

*Dialogo di Zefiro, Flora, Cupido, Felſina, Chori* in iisdem Nuptiis. Bononiæ 1612. in 4.

2. *Vittoria d' Amore rappreſentata in Muſica per un Balletto di Cavalieri Bologneſi. Parlano de Gratie, Venere, gli Amori, otto Femine guerriere nimiche d' Amore, un' Amorino in Cielo.* Bononiæ 1612. in 4.

3. *Breve deſcrittione della Feſta fatta nella gran Sala del Sig. Podeſtà l' anno 1615. in 2. di Marzo.* Ibidem 1615. in 4. Deſcriptio, Inventio, & Carmina omnia ſunt ejusdem Auctoris.

4. *Ragguaglio della perdita, e ricuperatione della ſacra Benda di Noſtra Signora.* Bononiæ apud Victorium Benacum 1613. in 4.

5. *Eſamina ſopra le ragioni del Conte Lodovico Teſau-* 93

*ſauro in difeſa di un Sonetto del Cavalier Marino*, ſub nomine *del Conte Andrea dell' Arca.* Bononiæ apud Benacum 1614. in 4. Latine.

6. Orationem, *De Deo Trino & Uno*, jubente Paulo V. in Sacello Qvirinali habitam. Romæ in 4.

7. *De Chriſto aſcendente*, Sermonem in Templo Vaticano habitum. Romæ in 4.

8. *Typum Vaticani Templi.* Romæ 1621. in folio expanſo.

9. *Templum Vaticanum*, *Ferdinandi Caroli ſtylo*, *Martini Feraboſchi cælo expreſſum*, Vol I. Sect. I. Romæ 1622. in fol. magno.

10. *Campus Vaticanus*, Vol. I. Sect. II. Cap. II.

11. *Locus, ubi S. Petrus Cruci ſuffigitur*, ejusdem Vol. & Sect. Cap. IX. apud Jo. Severanum Presbyterum Oratorii in I. Vol. de Septem Urbis Eccleſiis Italice édito, vulgata ſunt. De ingenti hoc opere, & Ferdinandi ſtudio in Templo Vaticano illuſtrando, pauca hic ex multis, & celebratiſſimorum Scriptorum judicia, ne longior ſim, in mediam afferam. Bzovius in Paulo V. Cap. X. ubi de Templo Vaticano. *Ejus Baſilicæ extimos, & intimos typos per Martinum Feraboſcum Palatinis fontibus Præfectum ære inciſos, ut Ferdinandus Carolus Parmenſis explicaret, doctoqve & auguſto ſtylo Vaticani Collis, & Templi univerſa admiranda delinearet, eo in Vaticanum accito, opus cedro digniſſimum commiſit.* Thomas Dempſterus in Epiſtola ad eundem Ferdinandum, *Legi ante paucułos menſes, ſumma ingenioſa tua literaturæ æſtimatione, Programma Templi*

*Vati-*

*Vaticani, & miratus ſum tam bellam, tam varii, & mul-iplicis operis diſpoſitionem. Multum tibi debet Roma, lum Petri Succeſſor, &, utcunqve ingratum hoc ſeculum it, debebit poſteritas, & parem virtuti adoream repen-let. Perge porro, & Phidiæ exemplo cum auguſtiſſi-na Baſilica, ingenii tui formam æternitati inſcribe, &, vide etiam præfationem huc transmiſſam percurri, & non modo eruditionem, ſed judicium approbavi; am-lector, & exoſculor curam tanta gloria digniſſimam, & qvia fervide judicium à tyrone Campi-Ductor exegiſti, andide profiteor mihi placere Auctorum loca margini ppoſita relinqvi, cæteras Notas deleri. Qvando ma-xime opus illud docto Lectori apparetur, qvi Notas de-etas facile ingenio ſupplebit. Vale amicorum optime,* 94 *& uti prælo muſtea pagina procudetur, cum tuo cliente communica.* Et in alia inter cætera. *Legi cum ſumma voluptate, ac vix potui ſatiari, qvas paginas in-cepti operis auſpices mittere voluiſti. Omnia, proba, culta, exqviſita, & variam lectionem, & temperatum ju-dicium oſtentant; & neſcio an plus ornatui Conſtanti-nus operis author, qvam tu, ſcriptione contulerit. Non vidi qvod magis arrideret. Erubui cum meam te ſen-tentiam aliis prætuliſſe indicaſti: non merebar; ſed qvia tu ita cenſes, ego gaudeo, & mihi honorificum du-co, aliqvo apud te tantum virum fuiſſe loco. Perge bonis avibus, & ſeculum hoc noſtrum illuſtrare, Eccleſiæ dignitatem tueri, amicis tuis ornamento eſſe. Porro perge, id non meum modo votum, ſed multorum hic Do-ctorum, qvi tua iſthuc transmiſſa avide mecum lege-runt, faventioresqve probaverunt, amœnitatem ingenii tui commendaverunt, &c.* Et Matthæus Raderus, Epiſt.

Digitized by Google

Epiſt. ad Leonem Allatium, *Ferdinandi Caroli Typus Templi Vaticani, usqve adeo placuit, ut judicarim nihil poſſe fieri illuſtrius, & magnificentius. Habebit totum opus juſtam diſpoſitionem, & partitionem. Reſpondebit ſtyli majeſtas majeſtati operis, præſertim ſi per totum opus æqvabili calamo decurrerit. Nec dubito futurum, qvin hoc ingenii monumentum perennaturum ſit, ab omni naturæ caſu eximium, cui omnia ædificiorum molimina ſubjecta ſunt.*

12. *Epigrammata* varia, & *Carmina Italica* ſparſim edita. Conſcripſit præterea pleraqve alia, & indies conſcribit, qvæ adhuc inedita penes ipſum latent.

*Templum Vaticanum*, tribus ingentibus voluminibus expreſſum, opus varium, & Sacræ omnis eruditionis plenum, ut in Typo Vaticani Templi innuitur.

*Breviarium actorum Pauli V. Pont. Max.*

*Breviarium actorum Pauli V. cum Venetis.* Auctor Solfridus Duncarena. *Pauli Pontificis res geſtas ſcribit P. Lucas Waddingus, & uberrimè Ferdinandus Carolus, qvi in hoc argumento multis jam menſibus non intermiſſa diligentia deſudat, monumentorum manuſcriptorum copia in nobili Cardinalis Burgheſii, Majoris Pœnitentiarii, Archivio inſtructisſimus*, refert de eo Victorellus in Paulo V. apud Ciacconum.

*Bibliotheca Veteres, Bibliotheca Vaticana à Beato Petro ad Urbanum VIII. Pont. Max.* ſervata ratione temporum.

95 *Bibliothecarii Pontificii*, ad Eminentiſſimum Cardinalem Franciſcum Barberinum Bibliothecarium.

Elo-

*Elogia Virorum belli, ac pacis artibus noſtro ævo clariſſimorum.*

*Orationum*, Num. CV. plura Volumina, qvorum duo propediem edentur, videlicet,

Sacrarum, inter qvas, *De nomine Jeſu. In diem Chriſti natalem. In diem Paraſceves. De patria viventium, pro dedicatione Templi Vaticani. De præſtantia, & muneribus Angelorum Orat. IX. De gloria Beatorum. De Sacramento Corporis Chriſti. Pro filia Jephthis ad Patrem, &c.*

Moralium, inter qvas, *De Regno. De Somniis. De Accubitu. In Chymicos. In Aſtrologos. In malos Poëtas, &c.*

Academicarum, inter qvas, *Proteus*, ſive, *Peregrinatio animorum. In Verrem V. pro Urbe & Aula Romana. In Chriſtophorum Columbum. Laudes Peſtilitatis, Febris, Podagræ, Aſini*, &c.

Panegyricarum, inter qvas, *In Sanctos. In ſummos Principes. In Decennalia Urbani VIII. De Ferdinando II. Auguſto. De Ludovico XIII. Rege Galliarum. In Funere Sigiſmundi III. Poloniæ, Sveciæqve Regis. In templa celeberrima*, &c.

*Explicationes, & Solutiones Qvæſtionum, ac locorum difficillimorum. Expoſitiones in tres libros Ariſtotelis de Anima.*

*In octo libros Phyſicorum, In libros Metaphyſicorum.*

*Variarum Qvæſtionum Mechanicarum*, lib. II.

*Naturalium*, lib. III. *Moralium, & Academicarum*, lib. V.

*Epiſtolarum ad Summos Principes nomine aliorum*, lib. I.

*Variarum Inſcriptionum*, liber.

*Ad familiares doctos viros*, lib. I.

*Poëmatia plura carmine Heroico*, lib. II.

*Elegiarum* lib. II. Inter qvas, *Deſcriptio Larii Lacus*, carminum millenum. Italice vero,

*Deſcrittione della Cupola di S. Andrea della Valle in Roma, dipinta dal Cavalier Gio. Lanfranchi.*

*Varii Trattati Politici.*

*Varie Lettioni, & Diſcorſi, recitati in varie Academie*, volumi doi.

*Introduttione alle materie d'Honore, con l' accommodamento di molti caſi ſeguiti.* Et Hetruſco carmine.

96 *Sonetti, Madrigali, Canzoni, e Poemetti varii*, Volumi doi.

*Lagrime di Lucidoro, & Alceo.*

*Varii Capitoli, per lo più morali.* Poematia.

*L' Armonia del Mondo.*

*Il Faraone ſommerſo.*

*La Legge, ò il Monte Sina.*

*Gioſuè vincitor di ſette Rè.* Et Tragœdias.

*L' Adraſto. L' Ecuba. Il Conſtantino.* & alia. Teſtimonium non leve de hoc viro habes apud Joannem Severanum Congregationis S. Mariæ de Vallicella, qvam Eccleſiam Novam indigitant. Sane Julius Cæſar Lagalla acerrimi ingenii vir, & Peripateticæ Philoſophiæ gloria celebris lib. I. de Immortalitate Animorum ex Ariſtotelis ſententia Cap. 30. Ferdinandum Carolum *virum doctiſſimum, & germane Peripateticum, & ſibi non ſolum ſtudiorum affinitate, verum etiam benevolen-*

*volentia conjunctiſſimum* appellat. Mira de eo leguntur apud Victorellum in Recenſione, qvæ vide, ſi lubet.

FERDINANDUS à S. MARIA, Præpoſitus Gener. Fratrum Diſcalceatorum, edidit ad omnes ejusdem Congreg. Religioſos,

*Epiſtolam Paſtoralem.* Romæ apud Grignanum 1630. in 8.

FERDINANDUS UGHELLUS, Abbas Monachus Ciſtercienſis, publicavit,

1. *Additiones ad Alphonſum Ciacconum.* Romæ in folio.

2. *Cardinalium Elogia, qvi in S. R. E. ex S. Ordine Ciſtertienſi floruere,* Florentiæ per Falcinum 1624. in fol. Maturant editonem.

*Italiæ, objacentiumqve Inſularum ſacrorum Præſulum monumenta,* è vetuſtiſſimis, recentioribusqve tabulis accuratisſime collecta.

*Præcipui arboris Ciſtercienſis fructus,* qvi meliori ſeculo usqve ad hanc ferè noſtram ætatem, gravi poſteritatis exemplo, prodière.

*Romanorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium Vitæ,* in Epitomen redactæ, in qvibus, præter innumeros Ciacconiani operis errores ſublatos, plurimorum Cardinal. nomina, cognomina, patriæ, ſtemmata, & tituli, creationis, obitusqve dies veriſſime recenſentur, qvorum certa apud recentiores Auctores non extat memoria.

*De Viris Illuſtribus Ordinis Ciſtercienſis,* lib. XX.

*Illuſtrium Scriptorum Ordinis Ciſtercienſis,* Centuria prima,

97 *Italia Sacra*, complectens Archiepiſcoporum, Epiſcoporumqve omnium ampliſſimi Italici Regni ab ipſis Eccleſiæ incunabulis ad noſtram usqve ætatem præclariſſima geſta.

*Antiqvæ Inſcriptiones, & Epitaphia Notis explicata.*

*Le vite de' dodici delle più Illuſtri Vergini uſcite dal Paradiſo Ciſterciense, ſcritte in Toſcana favella*, & alia. Sæpius de eo, ac honorifice locutus eſt Chryſoſtomus Henriqvez in Menologio Ciſtercienſi, & Andreas Victorellus Additionibus ad Ciacconum,

FLAMINIUS CERESOLA Bergomas, Theologiæ & J. U. D. edidit olim.

1. *Theſes ex univerſa Philoſophia.* Mediolani Typis Michaëlis Tioſi 1584. in 4.

2. *Aſſertiones ex univerſa Theologia.* Mediolani Typis Pauli Gottardi, & Leonardi Pontii 1587. in 4.

*De Sanctiſſima Virgine* duo ſatis juſta meditatur volumina: in altero, cui titulus erit, *Theſaurus Marianus*, continentur typi Veteris Teſtamenti, & Prophetarum oracula de Virgine Deipara à Sanctis Patribus explicata, Epitheta præterea, & Elogia eidem Virgini ab eisdem attributa, in altero Teſtimonia Sacrorum Conciliorum, & Patrum ab initio naſcentis Eccleſiæ. Addentur multæ Homiliæ Græcorum Patrum latinitate donatæ, antea nullibi cuſæ. Scripſit item varia, Opuſcula; inter ea,

*De benedictione Nuptiarum.*

*De ſignis honoris, & cultus, qvæ ſine Romani Ponti-*

*ficis*

*ſcis licentia, viris cum opinione ſanctitatis defunctis exhiberi poſſunt.*

*De Laicis in Choro non admittendis, quando divina Officia celebrantur.*

*Quomodò Nundinæ, quæ diebus Feſtis celebrantur, defendi poſſint.*

*An Epiſcopus in ſua Civitate, & Diœceſi populo ſibi credito benedicere, & habitum ſibi ratione dignitatis Epiſcopalis congruentem deferre poſſit, quando Legatus Apoſtolicus, qui Civitatem eam regit, non adeſt ibi, ubi eſt Epiſcopus, licet ſit in alio loco Provinciæ, aut Civitatis.*

FLAMINIUS FIGLIUCCIUS, Cardinalis Petri Aldobrandini Familiaris edidit,

1. *Hiſtoriam S. Hippolyti Martyris*, Italice. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1629. in 4. 98

2. *Stanze ſopra le ſtelle, e macchie ſolari ſcoverte col novo Occhiale*. Romæ apud eundem 1615. in 4.

3. *Vitam S. Franciſcæ Romanæ*. Romæ in 8. Latine vero.

4. *XII. Cardinales creatos ab Urbano VIII. Pont. Max.* Lyricis verſibus laudatos Romæ apud Maſcardũ 1626. in 8. Conſcripſit item, ſed non emiſit in vulgus, multorum S. R. E. Cardinalium *Elogia*, quæ ſe legiſſe fatetur Victorellus. Tritum illud omnium ore eſt, laudari à laudato viro omnium eſſe fauſtiſſimum; ſi à laudatiſſimo, & ſpectatiſſimo, & ſine exemplo omnium maximo lauderis, omnem illud honoris apicem ſuperat: feliciſſimus ergo omnium calculo Figliuccius erit, qui non homines habuit laudatores, ſed quem nos Chriſtiani loco Dei veneramur in ter-

*De Ordine Judiciario*, Tractatum.

*De Anagrammate*, in qvo conficiendo ad miraculum usqve felix ab omnibus judicatur. Andreas Bajanus Epiſtola elegantisſima ad Paulum
100 Creſcentium. *Bibliothecam, ſeù potiùs farraginem librorum ad Rhetoricen initiandam petis. Papæ mi Paule, nec Picus qvidem à Mirandula, olim Romæ in omni ſcientiarum genere mille defenſurus Theſes, tantum literariam ſuppellectilem reqvirebat. Abundare oportet Auditorem manantibus viva voce Magiſtri præceptis, non libris. Illa enim lucem, hi tenebras afferre ſolent adoleſcenti. Diverſa obſonia ventrem ſauciant, non ſatiant; Non idem eſt congeri, qvod digeri. Venter animæ nonnè memoria? nonnè palatum curioſitas? Non omnia, qvæ appetit palatum, ventrem juvant. Veruntamen aliqvos, qvi fuerant, tibi mitto libros, qvi deſunt, ex Bibliopola ſupplebis. Præterea miſſurus de Anagrammatis conficiendis libellum, & Carmina Latino, & Italo ſermone compoſita. Deniqve opus Valtellinum inſcriptum lepore, & artificio Secchiæ, ne dicam ſuperiùs, conferendum, jam primum edenda Auctore D. Flavio Fliſco viro planè ingenioſo, & erudito, qvæ feriatis diebus legas, & amicorum paribus qvandoque communices.*

FLORAVANTES MARTINELLUS Romanus edidit,

1. *Nonnullas in Ciacconum obſervationes*, cum ipſo Ciaccono.

2. *Eccleſiam S. Laurentii in Fonte de Vico Patritio* illuſtravit, Romæ ex Typographia Camerali 1629. in 8. Jam parturit.

De

*De Suburra, & Eccleſia S. Agathæ,* Hiſtoriam.

*Vitam SS. Praxedis, & Pudentianæ cum Notis, ac earundem Eccleſiarum Hiſtoriam.*

*Aliarum nonnullarum Urbis Eccleſiarum Hiſtoriam.*

*Anaſtaſii Bibliothecarii varias lectiones*: Floravantem Victorellus *virum prudentem, & in veteribus monumentis perquirendis diligentem* nuncupavit Additionibus in Ciacconum, cujus labore ſuas ipſe Additiones auctiores ſæpiſſimè fecit.

FORTUNATUS SCACCHUS Fanenſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Theologus, Sacrarii Apoſtolici præfectus vulgavit hactenus.

1. *Sacrorum Eleochriſmatum Myrothecium Sacro-Prophanum,* Tom. I. in qvo ex antiqvis Græcis, & Latinis Scriptoribus, qvidqvid ad nomina, antiqvitatem, uſum, & abuſum Oleorum, & Unguentorum ex ſacris habetur literis, dilucide explicatur, Romæ apud Hæredem Barthol. Zannetti 1625. in 4.

2. *Sacrorum Eleochriſmatum Mirothecium alterum,* 101
qvod inſcribitur *Conſecrationis*, explicans compoſitionem, & uſum Unguenti à Deo inſtituti ad conſecrationem Sacerdotum, Altarium, Tabernaculi, & omnium Moſaicorum utenſilium eorundemqve formas de novo ex ſacris literis cognitas aperiens. Romæ apud eundem 1627. in 4.

3. *Sacra Biblia vulgata editione, Tranſlatione ex Hebræo Sanctis Pagnini, Tranſlatione Romana ex Septuaginta, & Chaldaicæ Paraphraſis Tranſlatione congeſta,* ad Scipionem Cardinalem Burgheſium. Venetiis



Digitized by Google

apud Antonium Pinellum 1609. in folio. Scripſit præterea,

*Eleachriſmatum* tres alios Tomos I. nomen eſt, *Myrothecium Regiæ inaugurationis*, in qvo Reges Iſraëlis ungendi ritus exponuntur. II. *Myrothecium Nuptiale*, in qvo ritus Nuptiarum, & unctiones ex Teſtamento veteri, & novo referuntur. III. *Myrothecium Funebre*, in qvo modus condiendi cadavera ex iisdem ſacris literis traditur.

*Qvæſtionum Theologicarum*, Tom. II.

*Sacrarum Scripturarum loca ſelecta*, & Italicè.

*Conciones tàm in feſtivitatibus Sanctorum, qvàm in Dominicis totius anni, & Feriis Qvadrageſimalibus.* Nunc ſcribit,

*De Cultu, Canonizatione, & Beatificatione Servorum Dei*: opus ingens, ac varium. De eo Joannes Baptiſta Laurus in Selecta Epiſtolarum cent. Epiſt. 29. *In his Fortunati Scacchi Auguſtiniani Sacrorum, ut nunc qvidem titulum fecit, neqve dum edidit, Eleochriſmatum libros qvinqve, qvos ad me miſit, eosq́; rara eruditionis fruge reſperſos ad miraculum usqve ſuſpexi.* Michaël Joannes Vim-Bodinus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Valentina. *Hanc ſententiam, ut ex ipſo audivimus amplectitur vir in divinis, & humanis literis, ſic opera edita teſtantur, cum laude verſatus, Reverendiſſimus Fortunatus Scacchus Apoſtolici Palatii Sacriſta, in Commentario, qvem magno ſtudio, & æqvali doctrina ac eruditione molitur de Sanctorum Canonizatione.* De titulo Eleochriſmatum vir τετράγωνος Bernardinus Stephonius Epiſtola ad eundem Fortunatum inter alia hæc diſſerebat. *Jam de Chriſmidea nihil muto, belliſſime poſita ſunt omnia*

mnia, qvaſi qvi lucem primum haurire cœperim, omnia
jam nunc animo præcipio, latiora multi jugis doctrinæ 102
Stroma varium, & diſcolori filo ſubtegmina multiplicis antiqvitatis: *Ergon* novum, *Parerga* luculenta. Tamen vide ſodes diligentius, ne qua pars alicubi pro genere ponatur, neu genus aliqvod numeretur in partibus, præſertim in totius operis inſcriptione, tùm in librorum prænotationibus ſingulorum, in qvibusqve poſtremò capitibus: ſi tamen non continentur univerſa, ſed diſtincta capitulatim in ſingulis operis partibus explicantur. Niſi qvid tibi ſecus videtur, hoc eqvidem operi nomen inſcripſerim. MYROPOLIUM è ſacris, & profanis totius antiqvitatis literis expreſſum à F. Fortunato &c. *Et hæc ad operis ipſius ſummam. Singulis porrò libris,* Myrothecium *nomen apponerem, hoc ferè pacto.* Myrothecium Regis, *ubi diſputatur de Regis unguento.* Myrothecium Sponſi, Myrothecium Sacerdotis, Myrothecium templi, *& reliqva deinceps eodem modo.* Myropolium, *quod officinam unguentariam Latinè ſonet, argumenti genus indicat, in hac officina, ſua videlicet oleorum conditoria diſerta ſunt, qvæ notiſſimo nomine Myrothecia dicuntur. Has vides generis eſſe partes. Illud in his omnibus Rhetorum præceptum nos fugere non debet: qvi ſummas operum, & diſputationum poſitiones, qvas propoſitiones, & inſcriptiones vocant, verbis qvam pauciſſimis, lectiſſimis, notiſſimis explicari volunt. Id enim verò percommode tunc fit, cum rerum genera, generum appellationibus, partes partium vocabulis indicantur. Ita mihi quidem videtur. Tu ſi qvid aliter ſenties: meam facilè ſententiam ſic deponam, ut accendam tua.* Porrò de Fortunato Ignatius Braccius.

*Jam*

*Jam pridem merita quod caput inſula,*
*Tandem conſpicuum nunc tueor tuum,*
*Fortunate, Sacello*
*Summi, & Pontificis praes.*
*Dicam, quanta animi lætitia fruar;*
*Si qua forte tuam tu mihi mutuam*
*Vim, ſuadæque medullam*
*Sermonis dederis tui.*
*Id non Muſa valet dicere nam mea;*
*Ipſe, & Pierides id nequeant novem;*
103 *Summo, & vertice Pindi*
*Nec Phœbus properans queat.*
*Evantum interea fas mihi Mænadum*
*Audiri reſonis eſto boatibus,*
*Quin, ſin muta loquuntur*
*Vota, at ſat reſerunt tamen.*

FRANCISCUS ANGELONUS Interamnenſis Academicus Inſenſatus, & Hippolyti Cardinalis Aldobrandini S.R.E. Camerarii à Secretis, edidit Italicè,

1. *Gli Irragionevoli Amori*, Comœdiam. Venetiis anno 1610.

2. *La Flora*, Comœdiam. Patavii anno 1614.

3. Dialogum ſub hoc Titulo, *Piego di Sig. Agroſtino de Calzanti indirizzato ad Ernſto Afrone di lui come figlivolo amatiſſimo.* Juvenem ad evitandas malarum fœminarum fraudes, exemplo etiam aliorum inſtruit. Venetiis 1615. & 1616.

Penes ſe habet Opuſcula varia, præcipua tamen ſunt,

*Le Comedie.*

Cen-

*Cento Scherzi amoroſi à guiſa di lettere rappreſentati.*

*Un' Arcadia ad imitatione di qvella di Sannazaro.*

*Molte Novelle ad imitatione del Boccaccio.*

*Lettere d' ogni ſorte.*

*La Iſtoria degli Imperadori Romani con la verità delle Medaglie antiche illuſtrata.*

FRANCISCUS ANTONIUS BLUNDUS à S. Severino Ordinis Minorum Convent. & in Seraphico Collegio D. Bonaventuræ de Urbe Regens, edidit,

*Diſputationes Scoticas*, in qvibus divinæ prædeſtinationis, & reprobationis myſterium juxtà doctrinam Scoti dilucidatur. Bononiæ 1625.

FRANCISCUS ANTONIUS FLESCA edidit Italicè,

*Amoroſa Conſtanza*, Tragi-Comœdiam, Romæ apud Guilielmum Facciottum 1629. in 12.

FRANCISCUS ANTONIUS SGAMBATUS I. V. D. Sacræ Theologiæ Doctor, Presbyter Neapolitanus, & in Almæ Urbis Gymnaſio Primarius Inſtitutionum interpres edidit,

1. *Introductionem ad Juris utriusqve ſcientiam*, ad Franciſcum Card. Barberinum, Romæ apud eundem 1630. in 4.

2. *Commentaria in IV. libros Inſtitutionum Juris* 104 *Civilis D. Juſtiniani Imperatoris*, Tom. II. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in fol. Editurus eſt,

*Lecturas Ordinarias Octo.*

*Praxim Datariæ Romanæ.*

*De Immunitate Eccleſiaſtica*, Tractatum.

Su-

*Super IV. libros Inſtit. Juris Canonici Pauli Lancellotti.*

FRANCISCUS BALDUCCIUS Siculus Panormitanus edidit Italicè,

I. *Rime Amoroſe*, duobus libris. II. *Heroiche*. III. *Lugubri*. IV. *Morali*. V. *Sacre*. VI. *Familiari*. VII. *Conteſa di Parnaſo, overo Propoſte, e Riſpoſte paſſate frà l' Auttore, & alcuni altri*. VIII. *Parafraſi ne i doi libri di Claudiano del Ratto di Proſerpina*. IX. *Capitolo del Viaggio di Roma*. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1630. in 12.

FRANCISCUS BATTAGLINUS Arminienſis edidit,

*Heraclitum humanæ vitæ miſerias lugentem*, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Romæ apud Ludovicum Grignanum 1629. in 4.

FRANCISCUS BOZZIUS Eugubinus, Thomæ variorum librorum Auctoris frater, Congreg. Oratorii Presbyter edidit,

*De Temporali Eccleſiæ Monarchia*, Tomi I. partem primam. Romæ Typis Aloyſii Zannetti 1601. in 4. Præparat edendos,

*Annales Antiqvitatum.*

*D. Petri vitam*. Victorellus in Recenſione, *Franciſcus Bozzius Romani Oratorii Sacerdos in Philoſophia, & Theologia, ſacra, profanaqve Hiſtoria non vulgare ſtudium poſuit, eruditum de temporali Eccleſiæ Monarchia opus confecit, & dedit in vulgus. Annales mundi ſummo labore conſcriptos citò dabit, nec non D. Petri vitam, non uno contentam libro.*

FRAN-

FRANCISCUS BRACCIOLINUS Piſtorienſis edidit Italicè ſoluta oratione,

1. *La vita di S. Diego.* Mediolani 1596. vinčta verò,

2. *L' amoroſo Sdegno, Paſtorale.* Venetiis apud Joannem Baptiſtàm Ciottum, & Mediolani, & alibi, & tripici diverſa verſione in linguam Gallicam ſe vidiſſe pluribus locis editam, ſunt viri probi, qvi aſſerant.

3. *Della Croce racqviſtata Canti XV.* Pariſiis in 12. 105 & poſtmodum Lucæ, & anno 1611. Venetiis apud Ciottum, & Junčtas, ejusdem Poëmatis Cantus XXXV. & alibi in Italia, & extrà Italiam ſæpiſſimè.

4. *L' Evandro.*

5. *La Pantaſilea.*

6. *L' Arpalice*, Tragœdias, & Poëmatium,

7. *La partenza d' Enea da Didone.*

8. *Lo ſcherno delli Dei.* Florentiæ, Venetiis, & alibi ſæpius.

9. *L' Elettione di Urbano Papa VIII.* lib. XXIII. Argumenta librorum confecit Julianus Bracciolinus. De eodem Poëmate diſcurſum addidit Julius Roſpiglioſus. Romæ 1628. in 4.

10. *Della Rocella Poema*, Cant. XX. Romæ.

11. *L' Hero, e Leandro.*

12. *Il Monſerrato*, Tragœdias. Romæ.

Poſſunt etiam edi ejusdem Tragœdiæ, & Dramata,

| | | |
|---|---|---|
| *L' Olimpia.* | *L' Otio ſepolto.* | *La Filli.* |
| *L' Erminia.* | *L' Angelica.* | *L' Oreſte.* |
| *La Tiſbe.* | *Il Herilia.* | *Il Tito* |

S.

*S. Giuliano.* & Poëmata Epica.
*Il Trebelo*, Cant. XX.
*La Giuditta*, Cant. X.
*L' Endimione*, Cant. IV.
*Saffo*, Cant. IV.
*Converſione, della Maddalena*, Cant. V.
*Guerra de Giganti*, Cant. II, & alia carmina joco-ſa, & ludicra.
*Conuito di Cecco Antonio.*
*Morte dell' Orvietano.*
*Sonetti della Lena.*
*Satire, e Capitoli.* item gravia,
*Volume di Poeſie Liriche, cioè, Sonetti, e Canzoni.*

Bracciolinus à Julio Mazzarino diſcurſu 102. ſuper Pſalmum *Miſerere*, pro concione laudatur: numeraturqve inter Scriptores Hetruſcos, celebres tamen, à Scipione Errico in Nuptiis Muſarum: & Georgius Conæus pientiſſimus, ac Doctiſſimus vir Præfatione ad Lectorem in lib. De duplici ſtatu Religionis apud Scotos, ſimili eum
106 Elogio ornat. *Deplorat ejusdem Mariæ caſum, in clariſſimo ſuo Poëmate de Urbano in Summum Pontificem electo Franciſcus Bracciolinus, vir priſco morum candore, & integritate conſpicuus: qvi Heroici carminis majeſtatem, & cothurni gravitatem cum lepore comico tanta felicitate conjunxit; ut in ſingulis jure meritò de principatu certet: ita deridenda veterum numina ſocco induit, ut nihil urbanius, ſuaviusqve aut antiqva, aut noſtra Theatra viderint.*

FRANCISCUS BRICCIUS Societatis Jeſu edidit,

1, Ora-

1. Orationem *in Funere Alexandri Peretti Card. Montalti*, ad Cardinales. Romæ ex Typographia Alexandri Zannetti 1623. in 4.

2. *Diem Domini*, Orationem in Paraſceve, ad Urbanum VIII. habitam. Romæ Typis Vaticanis 1633, in 4.

FRANCISCUS CARDUCCIUS edidit,

*Epithalamium*, in Nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud eundem 1629. in 8.

FRANCISCUS CARNICERUS Calamitanus edidit,

Tractatum, *De Eccleſia primitiali Calaritana*. Calari apud Joannem Baptiſtam Sabam in 4.

FRANCISCUS CIROCCHUS Fulginas Abbatis D. Petri Columnæ à Secretis edidit Italicè,

1. *La vita di S. Maſſalina Vergine, & prima Martire di Foligno*. Peruſiæ apud Marcum Navarinum 1620. in 8.

2. *Annotationi ſopra la vita di S. Feliciano Veſcovo, e Martire ProFettore della Città di Foligno.* Ibidem apud eundem eodem anno in 8.

3. *La vita del Servo di Dio Gio. Battiſta Vitelli Fondatore dell' Oratorio, e Compagnia del buon Giesù di Foligno.* Fulginiæ apud Auguſtinum Alterium 1625. in 4.

4. *La vita del B. Leviano da Foligno.* Ibidem apud eundem eodem anno, & forma.

5. *Il Natale, Ecloga Paſtorale in verſo ſciolto.* Ibidem apud eundem 1628. in 12.

6. *La B. Agnolina, Tragicomica Rappreſentation Spirituale in proſa.* Ibidem apud eundem 1629. in 12

7. *L' Eremita Antonio*, Poëma ſacrum Patri Ludovici Veruccii è Nurſia. Ibidem apud eundem 1628

160 FRANCISCUS GVERRINUS Romanus edidit,

1. *Gl' Innocenti querelati.* Romæ apud Guillielmum Facciottum 1628. in 12.

2. *Gli tre finti Villani*, Cardinali Biſciæ, Urbe Veteri apud Rinaldum Ruulum 1632. in 12.

FRANCISCUS LEVERA Romanus edidit,

1. *Urbanæ Congregat. per Summum Pontificem Urbanum VIII. approbatæ enucleationem ; & ad ipſius amplificationem* additæ ejusdem Congregationis *Conſtitutiones.* Romæ apud Impreſſores Camerales 1628. in 4.

2. Epiſtolam ſatis prolixam ad Andream Argolum, *De Latitudinibus, Directionibus, Cœleſtibus domiciliјs, & Directionum menſura.* Romæ apud Facciottum 1629. in 4. Scripſit præterea,

*De Beata Civitate, Cive, ac Domo*, lib. III.

*Animadverſiones ſingulares in libros Politicorum, Ethicorum, & Oeconomicorum Ariſtotelis.*

*De motu perpetuo.*

*Explanatio veteris, ac novæ aſtrorum diſciplinæ experientia illuſtrioris.*

*De temporibus univerſalium, ac particularium eventuum plura recondita, & utilliſſima ad morboſos eventus medendos, & depellendos.* Meditatur,

*Urbanæ Congregationis Annales.* Hilarius Altobellus in Tabulis Regiis Cap. 12. *præclaro ingenio præditum* appellavit, & Andreas Argolus Aſtro-

no-

nomicorum Lib. 3. Cap. 16. De Latitudine ſervanda in Directionibus. *Has diſſicultates*, refert, *aliasqve variò cum plurimis communicavimus, nullusqve nobis viſus eſt medullitus eas, melius, & ſaniori judicio enucleare I. V. D. Franciſco Levera Romano, viro, qvi præter Aſtronomicas, & alias Mathematicas diſciplinas, qvibus cum paucis comparandus eſt, inſignitus, naturalis, & moralis Philoſophiæ intima calet, moribus ſuaviſſimis.*

FRANCISCUS MAGDALENUS CAPIFERRUS Romanus Ordinis Prædicatorum, & S. Congregationis Indicis à Secretis edidit,

*Elenchum Librorum omnium, tùm in Tridentino, Clementinoqve Indice, tùm in aliis omnibus S. Indicis Congregationis particularibus Decretis hactenùs prohi-* 108
*bitorum ordine uno Alphabetico digeſtum.* Romæ apud Camerales 1632. in 12.

FRANCISCUS MARIA del MONACO Siculus Drepanitanus Clericus Regularis multa ſcripſit Hetruſco, Latinoqve idiomate, *in utroqve*, ut Franciſcus Bolvitus ait, *admirandus ob variam eruditionem, ac nervoſam Eloqventiam*, edidit Italice,

1. Panegyricum D. Thomæ Aqvinatis, dictum in Templo Patavino Dominicanorum, qvem appellavit, *La Penna.* Vincentiæ apud Franciſcum Groſſum 1620. in 4.

2. Panegyricum Coriolani Garzadori Epiſcopi Cherſonenſis, & in Germaniam Nuntii Sedis Apoſtolicæ, qvem dixit *Il Sole.* Ibidem apud eundem 1618. in 4. Latine vero,

3. *Elogia XIV. Patrum Religionis Clericorum Regu-*



Digitized by Google

*larium.* Mediolani apud Impreſſores Archi-epiſcopales 1621. in 8.

4. *In Actores & Spectatores Comœdiarum noſtri temporis*, Paræneſim. Patavii apud Impreſſores Camerales in 4.

5. *Horam ſubceſivam*, hoc eſt, *publicos honores de B. Andrea Avellino ab Urbano VIII. decretos.* Patavii apud Impreſſores Camerales 1625. in 4. Molitur, *Virtutis, & Sapientiæ Characteres, Notis, & Parergis illuſtratos*, Tom. II.

FRANCISCUS MARIA SPINELLUS Siculus Platienſis Clericus Regularis edidit Italice,

Panegyricum B. Cajetani Thienæi Clericorum Regularium Inſtitutoris, dictum Neapoli in Templo eorundem Paulino, qvem appellavit, *La Fenice rinovata.* Neapoli apud Lazarum Scorriggium 1626. in 4.

FRANCISCUS MARIA TORRIGIUS Romanus, Canonicus S. Nicolai in Carcere Tulliano, plura Hetruſco, Latinoqve ſermone edidit, Hetruſco,

1. *De excellentia Doctrinæ Chriſti.* Romæ apud Guillielmum Facciottum 1608. in 4.

2. *Sacre Grotte Vaticane.* Viterbii apud Auguſtinum Diſcipulum 1618. in 8.

3. *Affettuoſe Orationi.* Typis Cæſaris Scaccioppi 1623. in 16.

4. *Diarium Vaticanum.* Romæ apud Facciottum in 16.

5. *Vitam SS. Barlaam, & Joſaphat*, apud eundem 1621. in 8.

6. *Bro-*

6. *Brevem rationem viſitandi VII. Altaria Baſilicæ* 109
*Vaticanæ.* Romæ apud Ludovicum Grignanum 1624. in 12.

7. *Catalogum Canonizationum.* apud eundem 1625. in 8.

8. *Sacro Pellegrinaggio delle Quattro Chieſe dell' Anno del Giubileo.* Romæ apud eundem 1625. in 8.

9. *Expoſitionem Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ.* Romæ apud Facciottum 1614. in 8.

10. *Narratione dell' Origine dell' antichiſſima Chieſa de' Santi Michaële Archangelo, & Magno Veſcovo, e Martire.* Romæ apud Franciſcum Caballum 1629. in 8.

11. *Carmina in laudem B. Ritæ de Caſſia Ordinis S. Auguſtini* inſcripta, *I ſacri affetti in lode della B. Rita da Caſſia.* Romæ apud eundem 1628. in 16.

12. *De Indulgentiis VII. Altarium Baſilicæ Vaticanæ.* Romæ apud eundem 1631. in 4.

13. *Vitam Cardinalis Roberti de Nobilibus Bibliothecarii Apoſtolici,* Romæ apud Stephanum Paulinum 1632. in 4. Latino vero,

14. *Catalogum verborum difficiliorum Grammaticæ Emmanuelis Alvari.* Romæ apud Facciottum 1606. in 8.

15. *De B. M. V. Modeſtiæ laudibus,* Orationem habitam in Baſilica Vaticana Non. Aug. ad Clerum. Romæ apud eundem 1616. in 4.

16. *De B. Mariæ pulchritudinis laudibus*, Orationem habitam. Ibidem apud eundem 1617. in 4.

17. *De Ejusdem puritate.* Romæ apud eundem 1618. in 4.

*Scalam cœleſtem*, opus ſpirituale.

FRANCISCUS RIPA Florentinus S. Theolo-
111 giæ Magiſter Vallumbroſanæ Congregationis Monachus edidit,

*De Simonia*, Tractatum in tres partes diviſum. Romæ Typis Franciſci Corbelletti 1631. in 4.

FRANCISCUS ROGERIUS edidit,

1. In Nuptiis Marci Antonii Burgheſii, & Camillæ Urſinæ Principum Sulmonis, *Hymenæum*, Viterbii ex Typographia Diſcipulorum 1619. in 4.

2. *De laudibus Urbani VIII. Pont. Opt. Max. Carmina.* Romæ Typis Alexandri Zannetti 1623. in 4.

3. In Nuptiis Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ, *Nidum Alcyonis, Idillium.* Romæ apud Heredem Bartholomæi Zannetti 1627. in 4. & Camerales 1629. in 8.

4. *Elegiam in mortem Sixtis Maunis Joëridæ*, &,

*Epigrammata in eandem.* Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1627. in 4.

5. *In obitum Aldinæ Catellæ Hieronymi Aleandri*, Carmen, & alia ſparſim. Scripſit præterea,

*Epigrammatum*, Centuriam.

*Laudationem S. Gregorii Magni.*

*Laudationem Marcelli II.*

*De nomine Urbis Romæ altero, qvod dicere arcanis Ceremoniarum antiqvitus nefas habitum.* De eo Victorellus in Recenſione, *Franciſcus Rogerius candidæ latinitatis laudem aſſeqvitur, & cum pangit docta carmina, & cum ſolutæ orationis ſtadium currit*, & Laurus in Orcheſtra.

FRAN-

FRANCISCUS ROSSELMINUS Piſanus edidit,

*Epithalamium*, in Nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ, apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

FRANCISCUS SACCUS Rheginus edidit,

1. *Parœneſim Amoris*, Epithalamium in Nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ, apud Maſcardum 1627. in 4.

4. *Facem pronubam*, Epithalamium in eosdem. Romæ, apud eundem 1627. in 4. & Camerales 1629. in 8.

3. *Saggi di Poeſia diviſi in Soggetti Amoroſi, Sacri, Eroici, Funerali, e Varii.* Romæ apud eundem 1612. in 12.

FRANCISCUS STELLUTUS Academicus Lyncæus Fabrianenſis edidit Italice,

1. *Perſio tradotto in verſo ſciolto, e dichiarato.* Romæ apud Jacobum Maſcardum 1630. in 4. Franciſco Card. Barberino. 112

2. *Il Pegaſo Epitalamio*, in Nuptiis D. Federici Cæſii, & Iſabellæ Salviatæ. Romæ apud eundem 1617. in 12.

3. *Parnaſo Canzone*, in Nuptiis DD. Federici Cæſii, & Juliæ Veronicæ Sfortiæ. Romæ apud eundem 1631. in 4. Plura cudit in ejusdem lingvæ ornatum. *Hic*, ut Jo. Faber in Hiſtoria Plantarum, & Animalium Mexicanorum prodit, lib. 1. pag. 757. *tàm mirabilem Anatomen præbuit partium omnium externarum, qvæ in Ape ſunt minuto animalculo, oculorum, inqvam, linguæ, cornuum, jubæ, acu-*

*culei, pedis, digitorum, aliarumqve & nuper in æs incidi commiſſit, atqve felicitati Urbani VIII. dedicavit, ut hæc omnia malim te oculis tuis intueri, qvam rudi meo calamo adumbrare*: & Fabius Columna Annotationibus in eundem librum pag. 895. *Et impreſſum à Lynceorum in Academia S. D. N. Papæ Urbani VIII. in perpetuæ devotionis ſymbolum oblatum fuit anno 1625. cum noſtratis Apis imagine accuratiſſimè à clariſſimo D. Franciſco Stelluto Lynceo, viro præterqvam in aliis omnibus, ut ſuprà diximus, ſcientijs, in naturalibus etiam ſtudioſiſſimo novo qvodam Micro-Scopio obſervata; ut qvi illam viderit, in admirationem incidat, tùm tàm multas partes, organaqve ipſa apertè depicta diſcernit, qvæ ab intuentium oculis in ipſo animalculo omninò abſconduntur.* Ab eodem etiam Stelluto arbori Mexicanæ nomen inditum tradit idem Fabius ibidem pag. 865. *Hujus arboris durum nobis, vel æqvivocum nomen, & copioſi ſtellati fructus ſtipitibus freqventer adhærentes, ſatisqve noſtro judicio, privata arboris nota, in mentem revocavit, ut molliore, firmioreq; denominatione illam decoraremus, & ob id STELLUTAM arborem copioſis ſcilicet refertam ſtellis appellaremus in mutui amoris ſignum, qvo maximè devincimur ab immenſa erga nos benevolentia non modò genere, ſed omni virtutum ac diſciplinarum varietate clariſſimi viri D. Franciſci Stelluti Lyncei collegæ noſtri, cujus laudes, qvamvis à nobis hoc loco taceantur, ex varijs doctiſſimi viri ſcriptis jam omnibus ferè notæ ſunt.* Eum porrò magnifice extollit Jo. Faber ibidem, *memini mihi à Franciſco Stelluto Lynceo Fabrianenſi, viro, ut ob animi candorem omnibus eſt cariſſimus, ita ob Mathe-*

*theſeos ſcientiam, tàm Clavio, Valerio, & Magino olim* 113
*amiciſſimus, quàm à Galilæo nunc æſtimatiſſimus, oculato teſte narratum fuiſſe*, &c. Et Ignatius Braccius Recinetenſis Ode ad Virginium Cæſarinum,

*Vis quanta pectus gaudij hilararet tuum,*
*Eſſes ſuperſtes Virgini,*
*Fulvam tuererisq; Lynceus jubam*
*Apum Leoninæ parem;*
*Ocellulosq; ſeta quos vallat crebra;*
*Et duplici labellula*
*Seruata vagina: quod & mirum eſt magis,*
*Ex ore linguas parvulo.*
*Prodire quinque, acutulos gladios velut.*
*Stellutus exiguo vitro*
*Rimatur hæc Franciſcus oculari meus.*
*His paſceres tu oculos diù,*
*Animumq; ſitientem ſcientiæ nimis*, &c.

FRANCISCUS TORRETTUS edidit Italicè; Comœdias,

1. *La Pazzia di Clorinda.* Viterbii apud Auguſtinum Diſcipulum 1628. in 12.

2. *Li Schiavi Gemelli.* Ibidem apud eundem 1623. in 12.

FRANCISCUS VENTURIUS Epiſcopus S. Severi edidit,

*Vitam S. Andreæ Corſini Ordinis Carmelitani Epiſcopi Feſulani.* Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1629. in 4. Ex hac ſuam Italicè concinnavit Federicus Chriſtophorus impreſſam apud eoſdem 1629. in 8.

GA-

# G.

GABRIEL de CORRAL Valliſoletanus in utroqve Jure laureatus edidit,

1. *Argenidem Joannis Barclaij*, Sermone Hiſpanico. Madriti apud Joannem Gonzalez 1628. in 4.

2. Librum proſa, verſuqve compoſitum, qvem *Cynthiam* voluit appellare. Madriti 1627. in 8.

114 3. *Carmen in Romanam Præfecturam Principis Thaddæi Barberini.* Romæ 1631. in 8. Abſolvit propediem edenda,

*Opera Poëtica S. D. N. Urbani Papæ VIII.* cultiori Hiſpanorum lingua vario carminum genere. Necnon,

*Lucubrationes, & interpretationes in Martialis Epigrammata.* Aliaqve meditatur, qvæ ultimam limam expectant.

GABRIEL FABER Gallus Ordinis Minorum Conventualium Procurator Generalis edidit,

1. *De ſacra Aſſiſienſi Eccleſia*, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum, opus Panegyricum. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1627. in 4.

2. *Apologiam in defenſionem ſui Inſtituti.* Pariſiis in 8. Italicè verò,

3. *Panegirico ſopra l'*Exaudiat, *con occaſione della preſa della Roccella.* Romæ apud Camerales 1628. in 8.

GA-

GABRIEL FONSECA Luſitanus Medicus, olim in Piſana Academia Profeſſor edidit,

*Medici Oeconomiam.* Romæ apud Andream Phæum in 8.

GABRIEL NAUDÆUS Pariſinus ætatis ſuæ anno trigeſimo primo in comitatu Jo. Franciſci ex Comitibus Gvidiis à Balneo S. R. E. Cardinalis, cui & à cura Librorum eſt, Romam venit: cum priùs animi excolendi gratia Patavium profectus anno MDCXXVI. clariſſimis illius Academiæ Profeſſoribus, ſuis in lucem editis laboribus, innotuiſſet. Conſcripſerat ſiqvidem aliqvot annis antea diſcurſum qvendam Philologicum adverſus libellos Famoſos, Inſtructionem Gallis omnibus, occaſione rumorum, qvi falſò de fratribus Roſeæ Crucis diſſeminabantur, oblata, & Apologiam pro viris illuſtribus, Incantationum, & Magiæ falſò poſtulatis. Patriæ ſuæ paulò poſt redditus, in eodem ſcribendi labore perſeveravit, aliaq; edidit, qvorum hic tibi catalogum ſubjungimus.

1. *Le Marſore, ou diſcurs contre les libelles.* Pariſiis apud Aloyſium Boulengerum in 8.

2. *Inſtruction à la France ſur la verité de Hiſtoire des freres de la Roze Croix.* Pariſiis apud Franciſcum Julliottum 1623. in 8. bis, & ſemel in 4. unà cum Hiſtoria progreſſus hæreticæ pravitatis cujusdam Anonymi, apud Petrum Chevalier. Laudatur hæc Inſtructio ab Auctore Mercurii Gallici 115 Tom. IX. ſuæ Hiſtoriæ, & à Pretro Gaſſendo in Epiſtolica Exercitatione pro Patre Mart. Merſenno

no

Diſcurſum ingentem, & ex meris Politicæ fontibus depromptum, *de Arcanis Imperiorum.*

*Panegyricum dictum S. P. V. ob beneficia ab ipſo Thomæ Campanellæ collata.*

Curavit præterea, ut ederentur Commentaria Laurentii, & Riolani Patris *in Artem parvam Galeni,* qvos è Manuſcriptis Codicibus in lucem protulit. Itemqve *Propedeumatum Philoſophicorum,* ejusdem Riolani, qvibus Epiſtolas dedicatorias præfecit ad Renatum Moreau, & Joannem Riolanum F. Doctores Medicos Pariſienſes. Hujus autem Viri, præter jam memoratos, meminerunt adhuc celebres Sctiptores, Renatus Moreau in Commentar. ad Scholam Salernitanam, Janus Cæcilius Frey in admirandis Galliæ, Guido Patinus in Præfatione Operum Laurentii, Guillelmus Colletet nobilis Poëta Gallus, in nova ſuorum verſuum editione, Vincentius Alſarius à Cruce in Veſuvio ardenti. *In qva ſententia nunc eò magis confirmor qvo data mihi eſt à D. Gabriele Naudæo, Juvene variarum literarum peritiſſimo, & Eminentiſſimi Cardinalis de Balneo Principis omnis virtutum genere cumulatiſſimi Bibliothecario, commoditas legendi antiqvam Italiam Cluveri.* Et Andreas Bajanus in Oratione adverſus Maledicos, *Iſtene vir?* ait, *minimè, qvia viri genium, & ingenium ſibi abdi-*
117 *cavit, dum maledicendi virus mordaci in ore, & lingua ſemper gerit, ut viperà, atqve in calamo, unde intereat, ut Demoſthenes. Virne literatus? Trium qvin etiam literarum, fur, cui præeſſe dedignatur Pallas, non autem Mercurius, famæ inqvam, & honoris fur, & latro.*

*Alioqvi*

*Alioqvi qvæ in iſto literæ, ſi omnes lituræ, qvibus priùs, & veriùs ſe ipſum delet, & extinguit, qvam alios? Stultus item, & infelix, qvia ut in ore virus, ſic in capite geſtat antidotum, qvo qvidem abſciſſo ſæpe hic vipereus ſanatur morſus. Merito igitur in iſtos Gabriel Naudæus Pariſinus, vir graviter & eleganter eruditus libro in libellos famoſos, & Apologia virorum Optimatum, qvi falſo Magiæ ſugellantur, edita, tanqvam diſtricto gladio invehitur.* Et Gaſpar de Simeonibus, cujus in compingendis carminibus, & texenda oratione numeros, ornatum, & robur, præter ſurdos, & lapides, omnes noſcunt, Epiſtola ad Leonem Allatium. Eam niſi integram hic apponerem, contra Muſas ipſas contenderem iniqvus. Eſt itaqve talis. Leoni Allatio S. Gaſpar de Simeonibus. *Expectat propediem, mi Allati, literatorum cœtus Homerum tuum; expectat & Chios, egregio jam nomine obſtricta tibi; cujus opera digniſſimum Natum, diu extorrem, in ſinu jamjam reducem fovet; nec levis tua apud illam pietatis ratio conſtiterit, qvæ tibi, ampliſſimo gloriæ compendio, nectit, pro Corona civica, immortalitatem. Audio & Naudæum noſtrum, Gallicæ probitatis exemplum, tuiqve amantiſſimum, nova ſubinde moliri monumenta literarum; è qvibus, qvæ jam luci imminet, Politica Bibliographia, opinione Doctorum hominum diu concepta, partum haud ſero decus admittat meritiſſimæ laudis; qvam is & edita nuper de Venenis Diſſertatione, præſtanter adeo comparavit, ut ferme dixerim, Naudæum ſibi gloriam venenis ipſis aluiſſe, inſigni doctrinæ miraculo. Virum novi liberalibus doctrinis politiſſimum; novi in omni vetuſtatis ratione cum*

*induſtria verſatum; qvo ad ea, qvæ publica fecit, ornamenta ſtudiorum, diligentiæ, ac laboris plurimum contuliſſe, haud dubie videri poſſit: verum illuſtre illud de ſtudio Liberali Syntagma, qvo nobiliſſimum Adoleſcentem egregie inſtitutum voluit, ſcimus aulicis curis pene diſtracto, ſubciſivis horis, raptim excidiſſe; ut incredibile cuiqvam ſit, potuiſſe illum, nullo commentandi otio, nullo Librorum adjumento, tam multis ex antiqvitate*
118 *erutis rationibus, & exemplis, qvid ad omnem ingenuum morem, erudito diſciplinarum cultu, cum laude faciat, apte ſtudiorum, atqve exercitationum delectu, diſerte adeo & accommodate præſcribere; niſi forte inexhauſta illa, qva & Catonis olim fuit, legendi aviditate, ita pridem nobilis beluo ingenium expleverit, ut is carere libris nusqvam poſſit, dum ſuo non careat ingenio, ſeqve unum ipſe circumferat. Pergite jam ambo, Viri doctiſſimi, præclaris iſtis laboribus, vel diuturnitatem promereri nominis, vel ſtudioſorum animos demereri; apud qvos veſtra ingenia non tantum, ut de Vinicio ajebat Auguſtus, explicant ſeſe innumerato, qva innumeras, atqve extra numerum poſitas lucubrationes, maximo rei literariæ bono, indies meditantur, & parant.*

GALILÆUS GALILÆUS Florentinus, Lynceus, Philoſophus, & Mathematicus edidit plura Hetruſco, Latinoqve ſermone.

1. *Sidereus Nuncius*, magna, longeqve admirabilia ſpectacula pandens, ſuſpiciendaqve proponens, maxime Philoſophis, atqve Aſtronomis, qvæ perſpicilli nuper à ſe reperti beneficio ſunt obſervata in facie Lunæ, fixis innumeris, &c. ap-

prime

prime vero in qvatuor Planetis circa Jovis ſtellam diſparibus intervallis, atqve periodis celeritate mirabili circumvolutis, qvos nemini huc usqve cognitos Auctor primus deprehendit, atqve *Medicea Sidera* nuncupandos decrevit. Venetiis 1610. in 4. & Francofurti apud Phalthenios in 8.

2. *Iſtoria, e Dimoſtrazioni intorno alle Macchie ſolari, e loro accidenti, compoſte in tre Lettere ſcritte al Sig. Marco Velſero.* Romæ apud Jacobum Maſcardum 1613. in 4. Adduntur tres Epiſtolæ ad Marcum Velſerum, *De Maculis ſolaribus.*

3. *Il Saggiatore, nel qvale con bilancia eſqviſita, e giuſta ſi ponderano le coſe contenute nella Libra Aſtronomica, e Philoſophica di Lotario Sarſi.* Romæ apud eundem 1623. in 4.

4. *L' Operationi del Compaſſo Geometrico, e Militare.* Patavii apud Petrum Marinellum 1606. in fol.

5. *Difeſa contro alle calunnie, & impoſture di Baltaſſarre Copra Milaneſe, uſateglíſi nella conſideratione Aſtronomica ſopra la nuova ſtella del* 1604. *come, & aſſai più nel publicare nuovamente come ſua inventione la fabrica, e gli uſi del Compaſſo Geometrico, e Militare ſotto il titolo di,* Uſus & fabrica Circini cujus- 119
dam proportionis, &c. Venetiis apud Baglionum 1607. in 4.

6. *Diſcorſo intorno alle coſe, che ſtanno in ſu l' acqva, e che in qvelle ſi movono.* Florentiæ apud Junctam 1623. in 4.

Audio penes eundem extare pleraqꝫ Opera Philoſophica: inter ea non infima ſunt,

*Mechanica.* *Problemata Mechanica.*

*Elementa novæ Scientiæ circa motus locales, naturalem, & violentum.*

*Ad librum Graſſi, cui titulus fuit,* Ratio ponderis, & Simbellæ, *reſponſio.* Hunc aliorum ſibi labores furto aſſertos, ut Tele-ſcopii inventionem, & Sidera Medicea parum cautis divenditaſſe, multi, & voce, & ſcripto palam profeſſi ſunt. Illud tamen verum eſt, Tardinum Gallum inventas à ſe de novo maculas, Galilæi imitatione, *Sidera Borbonia,* inſcripſiſſe. Tantiqve eum apud Gallos fieri, ut nonnulli illius tantum videndi cauſa, iter in Italiam inſtituerint; & à fide digno Viro accepi, Diodatum qvendam nobilem, literis, ac virtutibus clarum, Florentiam è Gallia eo ſolum nomine contendiſſe; & cum per tredecim dies ſumma animi oblectatione, de variis naturæ arcanis ſermonem cum Galilæo habuiſſet, ſat ſibi eſſe propter eum Italiam vidiſſe ratus, cæteris aliis negotiis neglectis, in Galliam qvam maximis itineribus celeraſſe. De eo ſcribit Gualdus in vita Vincentii Pinelli, *Patavii in Academia res Mathematicas magna cum laude profeſſum.* & Laurus in Orcheſtra, *Vibravit Galilæus Galilæus Medicearum ſtellarum inveſtigator, & promus, tam non belle qvidem meritus de Solis, ac Lunæ orbibus, qvos infuſcat maculis, utcumqve lateat poſt Tabulam Apelles, & inſulis modo prominentibus attollit, modo plagis depreſſioribus concamerat, qvam amœnioribus ſapientiæ candidatis, aut trabeatis Principibus gratiſſimus habetur.* Julius Cæſar Lagalla ſcripſit de Phænomenis in Orbe Lunæ, novi Tele-ſcopii uſu,

uſu, à Galilæo Galilæo nunc primum ſuſcitatis, Phyſicam Diſputationem, editam Venetiis 1612.

GASPAR de FONTIS, vulgo de FUENTES, Hiſpanus Toletanus, Ordinis Minorum Obſervantiæ, olim Romæ, nunc Compluti S. Theologiæ Profeſſor edidit,

*Qvæſtiones Dialecticas, & Phyſicas* ad mentem
Doctoris Scoti, qvas Romæ legit. Lugduni 120
apud Jacobum, & Andream Proſt 1631. in 4. Qvid de eo ſenſerit doctisſimus, ac piisſimus Lucas Waddingus, habes ex ejus Epiſtola ad eundem; *Non poſſum non gratulari tibi de cumulatiſſimo tuorum diſcipulorum Romanorum profectu, qvorum felicem in curſu Theologico progreſſum tua cura, tuæqve diſciplinæ, qva hic in Urbe ad montem Janiculum eosdem educaſti, probi omnes mecum adſcribunt. Bene enim culta adoleſcentum ingenia utiles fructus producunt, & primo ſemine agri, vel fœcundantur, vel ſterileſcunt. Ex fructu ita probant hic univerſim, præſertim diſcipuli tuam doctrinam, ut nihil ſit, qvod magis appetant, qvam preli beneficio omnibus communicari palam, qvod privatis laribus ex tuo ore avide ſuſceperunt. Meum etiam hoc votum, meum item & deſiderium. Spondeo enim hoc tibi honoris plurimum, religioni ornamentum, & Philoſophiæ amatoribus manifeſtam allaturum utilitatem: rogaverim itaqve, ut ſi qvæ ſunt, qvæ potiori indigent lima, adhibeas, & terſum, ac completum edas, qvem hic abſolviſti artium curſum. Indignum namqve eſt, ut ſcriniis abſcondatur, qvod bono inſerviat communi.*



Digitized by Google

GASPAR de SIMEONIBUS, Aqvilanus, edidit,

1. Panegyrim, ſub titulo, *Aura ad Lemenſium Comitem, Neapolitani Regni Pro-Regem, æſtivum otium in Pauſilypo oblectantem.* Neapoli apud Tarqvinium Longum. 1616. in fol.

2. *Gemmam Oceanitidem, in funere Sittis Maanis Joëridæ*, Idyllium. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1627. in 4.

3. *Geſtorum Sancti Pamphili, Epiſcopi Sulmonenſis, Epitomen*, qvam in Lectiones diſtributam, ac Sacræ Rituum Congregationi probatam, recitat in ejus Officio Eccleſia, & Diœceſis Sulmonenſis. Romæ apud Ludovicum Grignanum. 1630. in 8.

4. *Carmina*, & *Poëmatia*, Latina, & Italica, ſparſim. Abſolvit,

*Carminum Latinorum Lyricorum*, Volumen unum.

*Carminum Hetruſcorum*, Volumen unum.

*Heroas*, in qvibus Carmine Heroës noſtri ævi Principes, ſingulos integra Panegyri, celebrat. Celebriores ſunt, Summus Pontifex, Imperator, Reges, aliisqve Principes & Cardinales.

*Diſcurſuum, & Orationum Academicarum*, Volu-
men unum, utraqve lingua, qvas in Academia
Humoriſtarum Romæ, & Velatorum Aqvilæ, &
121 alibi, ita ferente occaſione, habuit. Ex iis præci-
pue habentur, Italice,

*Del Penſiero*, in Academia Cardinalis de Sabaudia.

*Delle*

Digitized by Google

*Delle lodi di S. Gregorio Magno, Protettore dell' Accademia degli Humoriſti.* Oratio.

*In morte di Girolamo Aleandro*, Oratio. Latinè vero,

*De Poëſeos prurigine. Problema Academicum.*

*De Igne, Animos poſt mortem expiante*, Oratio.

*De Concepta Deipara*, Oratio, in qva, præter propria ingenii, & eloqventiæ lumina, qvidqvid à Theologis pro conceptione adducitur, eleganti, ac oratorio ſtylo luculentur exponit. Et alia, qvæ Volumen integrant. Perfecit prætereà,

*Diſcorſi Sacri*, Volumen alterum.

*Inſcriptiones Epidicticas, & Sepulchrales*, Libellum. Meditatur,

*Thaumatologiam*, ſivè, *de Miraculis*, Diſſertationem.

*Vitas Sanctorum, qvi in Samnio habentur.*

*Elogia Hiſtorica Principum, & Virorum Illuſtrium*; multos ipſe, qvos Jovius præterierat, aſſumens; labor tamen ulterior, & ſcriptura prolixior in Viros noſtri ævi. Antonius Brunus in Epiſtolis Heroicis, Italicè, nuncupatoria Epiſtol. ad ipſummet Gaſparem, fermè virum in hunc ſenſum commendat: Eum ſcilicet cùm priſca generis claritudine conjuncta habere literarum egregia ornamenta: & eximia judicii, & ingenii laude non tantùm graviores Scientias, ſed & Poëtica, & Oratoria ſtudia præſtanter callere, qvorum inſigne ſpecimen ſæpiùs dederit in Academiis Humoriſtarum, & Principis Cardinalis Sabaudi,

Nec diſſimilem laudationem idem Brunus attexit
in ſuis Gratiis, Epiſt. ad Comitem Ludovicum de
Agliè, Romæ Sereniſſ. Sabudi Ducis Oratorem.
Laudatur etiam à Bartholomæo Tortoletto,
Franciſco Bracciolino; & in Vita Jo. Baptiſtæ
Marini à Jo. Franciſco Ferrario, & Jacobo Phi-
lippo Camola; tùm à Gabriele Naudæo, in Epiſt.
Gallica de Incendiis Montis Veſuvii ad DD. Pu-
teanos; & Epiſt. ad Leonem Allatium de Fune-
re Hieronymi Aleandri; *Vale, & diſertiſſimo Viro
Gaſpari de Simeonibus plurimam meis verbis ſalutem
dicas; cui velim præterea, ut ſeqventes verſus, qvos in-
ter eqvitandum fudi, ſi tibi priùs, atqve illi probabun-*
122 *tur, cum reliqvo ferali apparatu, cujus ſe non modò ſpon-
ſorem, ſed auctorem præcipuum exhibuit, edendos com-
mittas.* Et Joh. Argolus eidem Gaſpari; *En Car-
mina, qvæ nupera fœtura, ad Laurentium Pignorium,
mihi enata vides, Vir eruditiſſime, iterum ad tuam li-
mam mitto; ea enim eſt tuæ doctrinæ præſtantia, ut te-
reti gemma læviora, ac nitidiora reverſura ſint, qvæ
Clava ipſa Herculis rudiora acceſſerint. Velim parcas,
tuæqve eruditione hoc tribuas, qvòd illa qvieſcere te à
conſulentibus judicium tuum non ſinat. Eadem expe-
cto remittas, ſtatim ac pumice acerrimi tui ſtyli expolive-
ris. Scribo raptius, ſtans pede in uno; ut de Lucilio
ajebat Flaccus* Orationem ejus *de Concepta Deipara*
hoc Epigrammate Hieronymus Aleander, qvi
Vir! cohoneſtavit:

*Conceptus ſine labe tuos, puriſſima Virgo,*
*Vox meritò laudat, qvæ ſine labe fluit:*

*Scili-*

*Scilicet ille idem, qvi in te tàm mira patravit,*
*De te mira loqvi GASPARIS ora dedit:*
*Tàm culti ſiqvidem, tàm purum jure nitorem*
*Debuit eloqvii concelebrare nitor.*

Illius Orationem funebrem de Hieronymo Aleandro, Epiſt. ad me data ſic delineavit Bartholomæus Tortolettus. Leoni Allatio V. C. Bartholomæus Tortolettus S. D. *Si non adfuiſti, narro tibi. Heri Aleandrum noſtrum pro roſtris Mancinianis laudavit Gaſpar de Simeonibus. Vir eloqvens, atqve omni eruditionis, ac doctrinæ genere inſtructus. Oratio Hetruſca, cultaqve; ſtylus gravis, & purus; ſententiæ acres, atqve ex arcano penu depromptæ; omnia ad veterem notam. Fateor, me ſumma voluptate fuiſſe præfuſum, cùm probare omnes, plaudereqve unanimi conſenſione perſpexi. Et qvidem conſeſſus ampliſſimus fuit, in qvo nonniſi purpuræ fulgebant, & lauri, qvaſi æmulantes. Certavere profectò cum laudatore laudatus, cum laudato laudator; qvorum virtutes noſtrum judicium in medio reliqverunt; dignus Aleander mihi videtur, cui Alexander ille Macedo-Perſa laudantem invideat. Rectè qvidem. Academicis noſtris Humoriſtis magno illud in lucro fuit; alium qvippè potuiſſent eligere ſapientiùs neminem. Gratulor tibi qvoq; Allati optime, qvi Gaſpari noſtro familiaris es; etenim, cum laus, qvæ à virtute proficiſcitur, ad omnes virtutis ſtudioſos pertineat, ad eos inprimis pertinet, qvi, & communionis ſtudiorum, & peculiaris benevolentiæ præ-* 123
*claris qvaſi vinculis una junguntur. Vale.* Et Auguſtinus Maſcardus, qvàm mirum eloqventiæ, ac ingenii monſtrum! ad Senatorem Thuanum de

Funere Aleandri; *Laudationem in tam celebri funere habuit Vir inter Academicos magni nominis, in qvem Plinianum illud Elogium de Virgini, à Conſule Tacito laudato, cadat aptiſſimè*; Nam hic felicitati ejus ſupremus cumulus acceſſit, laudator eloqventiſſimus: *Fuit is Gaſpar de Simeonibus, qvi lucem nobilitatis, univerſæ penè literaturæ lumine plurimùm auxit: Philoſophiæ, Theologiæ, Matheſeos, aliarumqve Diſciplinarum peritiſſimus: in amœnioribus autem ſtudijs ingenio tàm ſubacto, ut Latinè non minùs, qvàm Hetruſcè, qvà ſoluta, qvà numeris adſtricta oratione, felicitate non diſpari, ſcribat. Egit verò graviter, ut argumentum, ac theatrum decebat*, &c. Hieronymo itaqve Aleandro, tanti Oratoris luminibus, ac nervis, & aliorum doctiſſimorum, cùm ſoluta, tùm numeris adſtricta oratione, nobiliſſimorum Procerum, & Purpuratorum Patrum Senatu plaudente, concinentibus votis in celebri Humoriſtarum Academia parentatum eſt. Et qvi monumentis, & ſcriptis editis, ſui nomen immortalitati commendaverat, Principis ſui beneficio, ac munificentia id obtinuit, ut in gratiſſimis vivorum etiam animis ſemper poſt funera viveret præſens. Heros ille in Commentario noſtro non poſtremus, ſed inſtar omnium præfulgeret, niſi nimiùm in noſtra mala ſolicita mors præfinito à nobis termino citiùs illum abſtuliſſet. At non ita erit; ſed qvi jam vivus volitat per ora Virûm, inter alios ſui amantiſſimos, & virtutis, ac ſcientiæ admiratores meritiſſimè locum habeat ſuoqve fulgore; aliorum item non malè comitatus ſplendoribus, cla-

larior illuceſcat. Præ manibus ergò omnium
ıabentur.

1. *Sopra l' Impreſa degli Accademici Humoriſti,* Diſcurſum. Romæ apud Jacobum Maſcardum 611. in 4.

2. *Antiqvæ Tabulæ marmoreæ Solis effigie, Symbolisrve exſculptæ accurata Explicatio.* Acceſſit non abſimilis argumenti,

*Expoſitio Sigillorum Zonæ, veterem ſtatuam marmoream cingentis.* Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1616. in 4. & Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy 1617. in 4.

3. *Antiqvæ Inſcriptionis, qva L. Scipionis Barbati F.* 124
*expreſſum eſt Elogium, explanatio.* Pariſiis 1617. in 4. Liber hic licet ex editione Pariſienſi Anonymus prodierit, probatæ tamen fidei, ac eruditionis Viri re vera Aleandri eſſe teſtantur: licet alii Jacobo Sirmundo tribuant.

4. *Refutatio Conjecturæ Anonymi Scriptoris de Suburbicariis Regionibus, ac Diœceſi Epiſcopi Romani* Pariſiis ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy 1619. in 4.

5. In obitum Aldinæ Catellæ *Lacrymæ Poëticæ.* Pariſiis apud Nicolaum Buon 1622. in 8.

6. *Navis Eccleſiam referentis Symbolum, in veteri Gemma annulari inſculptum, explicatione illuſtratum,* ad Cardinalem Franciſcum Barberinum Romæ apud Corbellettum 1626. in 8.

7. *Carmina varia* cum trium fratrum Amaltheorum Carminibus. Venetiis Typis Andreæ Muſchii 1627. in 8.

8. *Difeſa dell' Adone Poema del Cavalier Marini*

*per*

Digitized by Google

*per riſpoſta all' Occhiale del Cavalier Stigliani.* Venetiis apud Jacobum Scagliam 1629. in 12.

9. *Difeſa dell' Adone Poema del Cavalier Marini per riſpoſta all' Occhiale del Cavalier Stigliani.* Pars altera Venetiis apud eundem 1630. in 12.

10. Juvenem adhuc, *Caij veteris I. C. Inſtitutionum Fragmenta ex Univerſo corpore Juris collegiſſe, & Commentario illuſtraſſe,* ſunt qvi narrant. Mihi nondum videre contigit, & ni me fallit memoria, *VII. Pſalmos Pœnitentiales*, Hetruſcis carminibus Italis dedit. Reliqvit,

*Commentarium in Legem de Servitutibus*, qvo de itinere, vehiculis, geſtatione, & lecticis veterum Romanorum diſputat.

*Obſervationes varias*, qvibus, obſcuris Auctorum locis explicatis, antiqvitatem illuſtrat.

*Commentarium ad Vetus Kalendarium Romanum ſub Valente Imperatore ſcriptum.* In qvo multa de anno, menſibus, diebus Romanis, feſtis diebus, ludis, ædium dedicationibus, & conſecrationibus Cæſarum eruditiſſimè obſervat.

*Epiſtolarum Latinarum*, Centurias plures.

*Poëmata Latina varia.*

*Anacreonticorum* librum integrum reliqvit, juvenilis ingenii luſus elegantiſſimos, & ſuaviſſimos.

125 *Italicorum Carminum*, volumen. Nos etiam munificentiſſimi Principis profuſam in Aleandri manes fortunandos liberalitatem Græco carmine, pro modulo noſtro, delineavimus.

Αγε-

Digitized by Google

Αγεσίλαν ποτὲ θέλγων
Ευυέτιν ἔξελεν Ορφεὺς,
Αυτὸς αἶσαν ὐκ ἀλύξας.
Αρχὸς Ομηρος ἐπέων,
Αλλων τε Φορμικτῶν σόλος
Θεῶν ἄεκητι μόλον.
Πᾶς τις θάνε. τέκμαρ ἔχειν θνητὸν πρέπει.
Νῦν δ' Αλεάνδρυ τὶ τόσον τέταται φῶς;
Δρέψ' ἀρετάων κορυφὰς,
Μυσῶν τ' αώτοις ἰχύσας,
τόξευσε πάντων πόρσιον.
Ασβεσον ἔυχος. ———
Ηρὲς Ολύμπιον ὄλβον
Ιχνος ἄγει; φάτο Μοῖρα,
Καὶ μίτον τάμνε βαρεῖα.
Αλλα Μέλισσα ποθὲν
Μαζῷ Δίκης τεθραμμένη
Πάμπαν ἄκεντρος ἔλεν
Κηρῶν ἄπο, δέκτο τ' ἀγήρεοις ὠλέναις
Ανδρα. τῇ κὶ σύνπτερος αἰὲν ὁμαρτέων
Αντοΐδεω μέχρι φόως
Αςρωντε ῥυθμοὶ, καὶ πόλου
Μνῆσις γ' ἔη, Μοιρῶν ὕπερ
Σύμπνοις βιοῦται.

GASPAR SPITILLUS, Societatis Jeſu, edidit Italicè,

*Relatione della glorioſa morte di XXVI. poſti in Croce per commandamento del Rè di Giappone alli* 5. *di Febraro.* Romæ apud Aloyſium Zannettum 1599. in 4. Varias item,

*Annuas*

*Annuas Epiſtolas* vertit.

GASPAR TRISSINUS Congregationis Somaſchenſis edidit,

*Acta Sanctorum Savinæ, Triſſinæ, Naboris, & Felicis Martyrum.* Romæ 1626.

GEORGIUS CONÆUS Scotus Canon. Lateranen edidit,

126 1. *Vitam Mariæ Stuartæ Scotorum Reginæ.* Romæ 1624. in 12. apud Paulum Gellium, & alibi ſæpius.

2. *De duplici ſtatu Religionis apud Scotos*, lib. II. ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Typis Vaticanis 1628. in 4.

3. *Aſſertionum Catholicarum*, lib. III. ad Urbanum VIII. Romæ apud Heredem Bartholomæi Zannetti 1626. in 4.

4. *Carmen*, in Nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Camerales 1629. in 8. De Conæo David Camerarius lib. 2. cap. 3. De Scotorum fortitudine, doctrina, & pietate, ac de ortu, & progreſſu Hæreſis in Regnis Scotiæ, & Angliæ, ſcribit, *Georgius*, Typographorum tamen incuria *Gregorius* irrepſit, *Conæus magni ingenii vir, Scotiæ noſtræ, ac piiſſimæ Mariæ, Eccleſiæ Martyris, Scotiæ, Galliæ, Angliæ, & Hiberniæ quondam Reginæ præclarus illuſtrator.* Et Thomas Dempſterus in Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Scotorum, inter cætera de Conæi ſtudiis, & ingenio illa refert, *Ne verò ſine fructu, & linea tempus illud laberetur, aliquot viridibus adhuc, & herbeſcentibus annis Opuſcula cana eruditionis, & conſiliorum plena eſt meditatus:* in-

Digitized by Google

*inter qvæ eminet, Inſtitutio Principis, ex adytis prudentiæ, & pietatis dictata, luculentum, certumqve animi ad rerum magnarum tractationem nati argumentum: & velitatio, ſive proluſio adverſus Scotorum hoſtes, edita Bononiæ, abſente Auctore, titulo Præmetiarum, qvam epigraphem adſcripſere amici homines, ſuam ſententiam ſecuti. Cum autem vitæ genus Eccleſiaſticum ſibi propoſuiſſet Conæus, nec aulam ſecularem ei cogitationi idoneum eſſe intelligeret, adulta jam æſtate anni MDCXXIII. maximo æſtu, ita volente Deo, Romam venit, ſtatimqve in Illuſtriſſimi Cardinalis Montis-Alti familiam admiſſus ita ſe generoſiſſimo Principi probavit, morum ſuavitate, & compoſitione, ut poſt menſes ſex moriens honeſtiſſimo legato Conæum auxerit: qvi Patrono orbatus, in amicitiam Illuſtriſſ. D. Franciſci Barberini, Maphæi tunc Cardinalis, nunc Urbani VIII. Pont. Opt. Max. Fratris F. ſe penetravit, qvi Conæi conſuetudine delectatus, ſtatim admoto Eccleſiæ clavo Patruo, inter primos in familiam ſuam volente Pontifice vocavit: qvo ipſo tempore dedit publico, dicavitqve novo Principi, Hiſtoriam de Sereniſſimæ Scotorum Reginæ, & Martyris Mariæ Stuartæ vita: qvæ ut conſpecta, publicataqve fuit, tantopere doctis,* 127
*prudentibusqve placuit, ut non defuerint, qvi in linguam Italicam verterit unus, alter univerſam narrationem politiſſimis verſibus Hetruſcis includeret clarisſimus vir, & terſiſſimus Poëta Franciſcus Bracciolinus. Maximam iſto ſcripto expectationem apud omnes excitavit majora olim præſtandi: atqve nunc præ manibus habet, de Religionis apud Scotos in hunc usqve diem ſtatu, compendioſam Hiſtoriam, qvam reducem ex Gallis, ubi*

*Prin-*

*Principi ſuo Illuſtriſſimo Legato Barberino admodum utilem operam navare dicitur, editurum ſperamus. Scripſit ad hæc Panegyricos Poëmata varia, ut eſt ingenio ad proſam, verſumque orationem fœcundo & facili.*

GERARDUS SARACENUS edidit Italice, Orationes,

1. *In laudem S. Joannis Baptiſtæ*, cujus brachium qvotannis Senis, maximo omnium concurſu, populo oſtenditur. Ibidem apud Bonettum 1613. in 4.

2. *In obitum Caterinæ Medices Mantuæ Duciſſæ, & Senarum Gubernatricis.* Ibidem in 4. Edet aliqvando,

*Orationum Latinarum, & Hetruſcarum*, volumen.

*Epigrammatum variorum*, volumen.

*Il Canzoniero.* Eum laudavit Julius Strozzius in Diſcurſu de Anachroniſmo Amoris natalium, & Fulgentius Gemma in vita dictæ Caterinæ Mantuæ Duciſſæ.

GRATIOSUS UBERTIUS Cæſenas J. C. edidit Italice,

1. *Contraſto Muſico diviſo in ſette parti.* Romæ apud Ludovicum Grignanum 1630. in 8.

2. *Legales Congreſſus.* Romæ apud eundem 1630. in 4.

GREGORIUS PORTIUS edidit,

1. *Epithalamium*, in Nuptiis DD. Marci Antonii Burgheſii, & Camillæ Urſinæ. Romæ apud Zannettum 1619. in 8.

2. *Gallicum Alcidem.*

*Fatalem Machinam Rupellæ.*

Epi-

*Epigrammata pro Rupella debellata.* Romæ apud Jacobum Maſcardum 1629. in 4.

3. *Urbano VIII. Pont. Opt. Max. Panegyrim.* Romæ apud eundem 1632. & deinde auctiorem, 1633. in 4.

4. *Effigiem marmoream, ſeu Modulatricem Erato rerum geſtarum ab Eminentiſſimo Principe Scipione,* 128
*Cardinali Burgheſio.* Romæ apud eundem 1633. in 4. Fovet penes ſe,

*Farraginem Epiſtolarum,* qvas Pauli V. & Scipionis Cardinalis Burgheſii nomine ſcripſit.

*Carminum, Poëmatum, Elegiarum, & Epigrammatum, tam Græce, qvam Latine.*

*Orationum* Volumen, qvas diverſis temporibus coram Summo Pontifice Paulo V. & Urbano VIII. habuit. Meminit illius Laurus in Orcheſtra, Strozzius, & Victorellus.

# H.

HENRICUS CHIFFELLIUS Antverpienſis publicus in Romana Academia Eloqventiæ Profeſſor edidit,

1. *Panegyricum, de Laudibus Pauli V.* Romæ apud Stephanum Paulinum 1613. in 4.

2. *Granateidos,* ſeù, *de Bello Granatenſi, per Ferdinandum Regem Catholicum geſto,* lib. I. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1615. in 8. qvod opus nunc in lib. V. excrevit.

3. *Epithalamium Friderici de Ruvere Urbinatium*

Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8. & alia Hetruſco Latinoq; ſermone ſparſim.

130 HIERONYMUS COLUMBUS Peruſinus Theologus edidit,

In Sacram Chriſti Nativitatem, *Quonam pacto Planetæ, & Sidera Domino famulentur*, Theologicam Disqviſitionem. Bononiæ apud Hæredes Jo. Buſſi 1619. in 4. Edenda procurat,

*De Angelica, & Humana Hierarchia*, lib. VIII.

*De Regimine Eccleſiæ Dei*, lib. II

*In Cantica Canticorum Metricam expoſitionem* ad Urbanum VIII.

*Davidis Regis Pſalterium Carminibus explicatum.*

HIERONYMUS A CORDUBA Valliſoletanus edidit,

*De Chriſti Domini in Cœlum aſcenſu*, Orationem ad Urbanum VIII. habitam in Baſilica Vaticana. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1624. in 4.

HIERONYMUS FLORAVANTIUS Societatis Jeſu Theologus edidit,

1. *De Sanctiſſima Trinitate*, Tractatum, non uno in loco, nec apud unum Impreſſorem evulgatum.

2. *In nonnulla loca Sacræ Scripturæ explanationes*, ut mihi relatum eſt. Antverpiæ Typis Mureti. Compoſuerat item volumen breve, ſed egregium, *Theologiæ moralis*, Sacerdotibus confeſſiones excipientibus utiliſſimum. Victorellus in Recenſione, *Hieronymus Floravantius Summi Pontificis Urbani VIII. à Confeſſionibus, Latinæ Græciæ, Hebrai-*

*braicæ, Arabicæ, Syriacæ, & Hetruſcæ linguæ peritia exultus, magnus Theologus, & Eccleſiaſtes, opus inſigne à maximo Theologo Franciſco Suarez eximiè laudatum de Trinitate Sanctiſſima confecit, & non ſemèl eruditorum hominum oculis ſubjecit. Scholia etiam erudita in omnes Sacrarum literarum libros, egregiamqve Moralis Theologiæ ſummam abſolvit.* Judicium Franciſci Suarez illud eſt, *Legi libros R. V. de Sanctiſſima Trinitate: & ut dicam ſine adulatione, qvod ſentio, nunqvàm legi de hoc materia Tractatum magis abſolutum tàm propter eruditionem, qvàm propter ſoliditatem Scholaſticam cum clara brevitate conjunctam. R. V. dicit ſe gloriari de me præceptore, & ego R. V. meo aliqvando diſcipulo, nam Gloria Patris eſt Filius Sapiens,* &c.

HIERONYMUS GHETTUS Romanus ex Generalis Ordinis S. Auguſtini edidit,

1. *Conſtitutiones Ordinis Eremitarum S. Auguſtini cum Annotationibus Bullarum, & Decretorum.* Romæ 1625. in 4. Et Italicè, 131

2. *La Vita della B. Rita da Caſſia,* ſub nomine *Pii Religioſi.*. Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſt. 1629. in 8. Conſcripſit præterea nondum cuſa,

*Il Pellegrinaggio d' Abramo, con tutti li accidenti occorſi à quel ſanto Patriarca inſino al fine della ſua vita.*

*Sopra la vita di Gioſeffo Patriarca partita in tre volumi ſecondo li tre ſtati, di Paſtore, di Schiavo, di Prencipe, con cui và la Vita, Paſſione, e Gloria di Chriſto.*



Digitized by Google

*Del Naufragio di Jona, ove ſi contiene ancora la Converſione di Ninive.*

*Sopra li doi Capitoli della Profetia di Abacuc, in cui ſi diſcorrono tutti li ſtati ſotto i quali viſſe la Città di Roma, con gli eventi della Chieſa inſino all' ultimo Sciſma.*

*Sopra la Profetia di Daniello.*

*Sopra otto Capitoli dell' Apocaliſſe. Volumi doi.*

*Un volume di Prediche, che contiene tutte le Domeniche, e Feſte dell' Anno, e dell' Advento.*

*Cetera Davidica, che contiene l' Eſpoſitione della* Salve Regina, *accordata con li Euangelii de i Sabbati di Quareſima.*

*Specchio della perfetta Religioſa.*

*Sopra la Bolla di Gregorio XV. ove ſi diſcorrono i diverſi modi, che in diverſi tempi s'è tenuto nella elettione de i Sommi Pontifici Romani.*

*Ragionamento fatto alla Republica di Raguſa, in cui ſi diſcorrono le virtù, che devono adornar l' animo d' una perſona nobile chiamata da Dio nella patria à dominare, la politia d' una Città Chriſtiana, e l' ottima diſpoſitione delle leggi.*

HIERONYMUS LAMPUGNANUS Mediolanenſis I. V. Profeſſor edidit,

*Compendiolum Introductionis ad Univerſam Juriſprudentiam*, à Didaco Fontano propoſitum, Lælio Biſciæ Cardinali. Romæ apud Franciſcum Corbelletrum 1613. in 16.

HIERONYMUS MAUTINUS Narnienſis Capuccinæ familiæ Vicarius generalis, & Eccleſiaſtes Apoſtolicus edidit Italicè,

Pre-

*Prediche fatte nel Palazzo Apoſtolico.* Romæ Ty- 132
pis Vaticanis 1631. in fol.

Legitur in eum Lælii Guidiccioni Epigramma,

*De S. Franciſco, & P. F. Hieronymo Narnienſe ejus arctioris*
*Regulæ ſervantiſſimo, Evangelico Declamatore.*

*Arſit Franciſcus, Hieronymus ardet. Utrumq;*
*Flamma beat. Flammam ſervat utrinque cinis.*
*Illum afflavit amor, rutilis dum Spiritus aſtris,*
*Devolat, & quino fulgere membra notat.*
*Hunc ſacer uſſit amor, rutilo nam ſpiritus igne*
*Labitur; inque virum flammea lingua cadit.*
*Fulgurat ille latens, ſed aperte hic fulminat, ille*
*De Cœlo attonitus, hic facit attonitos.*

Tantæ denique felicitati ſupremus cumulus acceſſit. Nam defunctum pro Concione honoravit raro exemplo Nicolaus Riccardus Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

HIERONYMUS MORICUCCIUS edidit Italicè,

*Canzone*, in Nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

HIERONYMUS ROCCHUS Conſentinus edidit Italicè,

1. *Demetrio*, Tragœdiam. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1628. in 12.

De eo & Gramignius in Phantaſiis, & Stilianus in Carminibus Italicis. Victorellus vero in Additamentis Ciacconianis in Vitam Pii V: *Cujus*, Pii V. *zelum ſecutus Reverendiſſimus Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter Nicolaus Riccardius, Theologica doctrina, recondita, variaqve eruditione, linguarum peritia, & concionandi præſtantia in Urbe, & Orbe doctiſſimus, eandem Synodum* Tridentinam *ab Anonymo impie, & imperite contumeliis petitam, propugnandum ſuſcipit, propugnatq; præclare. Nobile eruditiſſimum opus*, Sacroſancti Concilii Tridentini defenſio *aliqvando prodibit in lucem.* Vir iſte, ut eloqvio, dexteritate, & ſententiarum pondere in congreſſu, & concionibus bonorum animos incendat, ſegnes alliciat, duros ſubigat, & properantium incitet curſus, Romane facundus Ferdinandus Carolus Epiſtola ad Leonem Allatium ſic expreſſit Ferdinandus Carolus Leoni Allatio V. C. S. P. D. *Audivimus heſterna die Pontificii Palatii Magiſtrum Nicolaum Riccardium, egregium Familiæ Dominicanæ decus in Qvirinali, de noſtrorum animorum immortalitate dicentem, nec aderas, doctiſſime Leo qvi*
201 *nunqvam ſoles abeſſe, cum arcana ſacrorum aureum illud eloqventiæ flumen evolvit. Te diu fruſtra qvæſivimus & utinam adfuiſſes: Periclem ſuum Athenis fortaſſe*

*minus*

*minus invideres. Sic tonare, fulminare, totamqve Urbem de ſublimi concutere noſter ille videbatur, qvi, ſemper admirandus, ſe tamen ipſum copioſo illo graviſſimoqve ſermone ſuperavit. Omnes, qvotqvot adfuimus, liqveſcere coëgit in lacrymas. Viro qvidem ſemper eſt ſolemne, veterum Patrum ſententias promere, Græcorum excutere ſapientiam, divinorum Scriptorum abdita rimari, locos argumentorum omnes exhaurire, nec qvicqvam opportunum cauſæ prætermittere; ſed ita violenter dominari mentibus, & ad nutum, qvo libuiſſet impellere, hoc nunqvam expertis vere nobis Monſtrum fuit, ſed amabile. Scis enim qvam ſit impatiens jugi mortale genus; nos autem, neſcio qvo pacto, volentes capti ſumus, & triumphati noſtroqve Victori plauſimus. Tu ne diutius amicorum tuorum gaudiis invideas. Proximæ concioni cura diligenter ut interſis. Vale.* Et Gilbertus Joninus Odarum lib. 4. Od. 13.

*RICCHARDE, larga cui ſuas opes manu*
*Natura fudit prodiga,*
*Cœlumq; liberale multo nectare*
*Mentem benigne perpluit:*
*Nec, qvo ſolet cratere, dimenſa eſt tenax*
*Pronœa, ſed totam tibi*
*Invertit urnam, & auream benignius*
*Venam perennis ingeni*
*Manare juſſit: ſeu velis torrentior*
*Intemperante Tyberi,*
*Cum vere pluvio, & nivibus Alpinis ſatur*
*Se jactat inſolentius,*
*Verſare mentes grandis eloqvii potens,*

Et

*Et rapere nolentes licet:*
*Sive amne puro placidus; atq; argentea*
*Illimis unda volveris,*
*Auresq; bibulas imbre cœli plurimo*
*Romamqve ſitientem beas.*
*Seu curioſo lumine audes aggredi*
*Arcana naturæ abdita:*
202 *Seu vis per altos fugere tractus nubium,*
*Vilemq; deſpectans humum,*
*Tentare noſtra ſede ſemotum æthera,*
*Cœliq; lucentes plagas:*
*Et intueri numinis purum jubar,*
*Terniqve fontem luminis,*
*Dum pergis alti non inæqvali gradu*
*THOMAE ſeqvi veſtigia:*
*Qvem veritas amica ſecuro pede*
*Duxit per anfractus vagos,*
*Qva fluxuoſis implicans ſinibus ſinus*
*Illudit error mentibus.*
*Cretæa qvalis Virgo fido ſtamine*
*Minois errantes gradus,*
*Per cæca duxit ſpatia, & artis Dædala*
*Inexplicabiles vias.*
*Licet recurrens textu inobſervabili*
*Labyrinthus in ſe, luderit.*
*Huic te gemellum montis accenſæ vigor,*
*Nivesq; vinxit ordinis*
*Sors una, qvi tot ſiderum accendit faces,*
*Cœlo tot Heroas tulit,*
*RICCHARDE Clarum nomen Italiæ, & tua*
*Illuſtre ſidus patriæ.*

*Quo*

*Quo Genua majus, nec jubar ſapientiæ,*
*Nec clarius Monſtrum tulit,*
*Regina qvamvis inferum felix mare*
*Portu coronet inclyto.*
*Si plura Monſtra, plura prodigia ingeni,*
*Liguſtico natant ſinu*
*Vacuum relinqvat Herculis polum labor,*
*Aſtrisqve lucentes feræ;*
*Liguria mittet digniora ſplendido*
*Lucere cælo ſidera.*

NICOLAI RODULFII ex Palatii Apoſtolici
Magiſtro, nunc Dominicanæ Familiæ Miniſtri
Generalis ingenii flumen, ac dicendi facultatem,
ſonantibus verbis, ac uberibus ſententiis non ſine
qvadam vi majore abundantem, in Aula Ponti- 203
ficia pro concione res humanas, atqve divinas
differentis, cives, exteriqve omnes mira animi
commotione audivimus, & jam dolemus divi-
nos illos ingenii fœtus Reipublicæ Chriſtianæ
tam utiles, tam neceſſarios penes modeſtiſſimum
parentem tantum foveri, & æternum victura, ut
ſic dicam, intermori. Exeant ergo in lucem, ve-
luti & reliqva divini ingenii monumenta, qvæ
ſummis votis expectamus. Legimus vero illius,

*Epiſtolam Encyclicam ad Patres, & Fratres ſui Ordinis*, datam Romæ Kal. Januarii 1630. in 8. Brevem qvidem, ſed qvæ prudentia, pietate, Eccleſiaſticis, ac religioſis præceptis, & monitis ingentia volumina exæqvet. En de tanto Viro Ferdinandi Caroli ad Leonem Allatiũ Epiſtolam. Ferdinandus Carolus Leoni Allatio ſuo S. *Tandem longin-*

*gingva, difficiliqve de peregrinatione redditus eſt Ur*
*Reverendiſſimus Nicolaus Rodulphius, univerſæ Dom*
*nicanæ Familiæ Præſul, terroribus bellorum, & peſtil*
*tatis ubiqve jactatus: redeuntem à Vaticano in Pario*
*ne ſalutavi: ſolus pedes cum ſolo revertebatur ad Mi*
*nervæ; uec tamen impetrare potui, domum ut ſe dedu*
*ci pateretur. Admiratus ſum vehementer tanti Vi*
*modeſtiam; cujus antiqvum genus & clarum, ſapien*
*tiam, mores caſtiſſimos totus ille religione, doctrinaqv*
*ſplendidiſſimus Ordo Magiſtratu ſummo dignam duxiſſe*
*cujus copioſam, ac ſuavem eloqventiam, dum Sacri Pa*
*latii Pontificis Magiſter è loco ſublimi ſacrorum arcan*
*de more proferet, aula Romana diutiſſime ſuſpexiſſet*
*& excepiſſet avidiſſime. Ille qvidem per veſtigia B*
*Dominici ad immortalitatem properans, tanti Patri*
*vices non indecore gerit. Tu, cum primum ſol terri*
*illuxerit, cave qvicqvam potius habeas, qvam ut egregium caput inviſas, amantiſſimum tui, bonorumqve omnium, & Doctorum virorum, qvalis es ipſe, ſtudioſiſſimum. Id te monitum qvantocius volui, qvem Reipublicæ literariæ ſervari diutius incolumen flagrantiſſime cupio. Vale.*

NICOLAUS SERPETRUS edidit Italice,

*La Fama*, Idillium, ad Petrum Vallium. Roncilioni apud Ludovicum Grignanum 1632. in 12.

NICOLAUS STROZZIUS Florentinus edidit Italice,

1. *Epithalamium*, in Nuptiis DD. Thaddæi Bar-
204 berini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Maſcardum 1628. in 16. & apud Camerales 1629. in 8.

2.

2. *Varia Carmina* Italica ſparſim. Habet præ manibus,

*Rime Selve di Parnaſo, Lauri, Palme, Mirti, Cipreſſi.*

Tragœdias, *David di Trebiſonda*, & *il Corradino.*

Idillia, *Il Leandro, l'Erminia, l'Alcina, l'Armento*, &

*Cento Sonetti morali col corpo dell' Iſtoria.*

NICOLAUS VILLANIUS Piſtorienſis edidit,

1. *Epithalamium*, in Nuptias Marci Antonii Burgheſii, & Camillæ Urſinæ Principum Sulmonis. Viterbii apud Petrum Diſcipulum 1619. in 4. Inter diffuſam tunc nuptialium Cantionum Hylem, caſtimonia Latini ſermonis, faventes omnium calculos lata circum tabula Nicolaum Villanium, & Franciſcum Rogerium reportaſſe, auctor eſt Laurus in Orcheſtra.

2. *De Laudibus Gregorii XV. Pont. ter Max. Carmen.* Viterbii apud eundem 1621. in 4.

3. *Ad Nicolaum Ludoviſium Venuſii Principem, Iſabellæ Geſualdæ Sponſæ Epiſtolam.* Reſpondetur alteri, qvam ſub nomine Principis Ludoviſii ad dictam Iſabellam ediderat Virginius Cæſarinus. Romæ apud Alexandrum Zannettum 1622. in 4. Qvia tamen ſub Victorii Ruſtici nomine circumferebatur, qvod ejusdem cum Nicolao Villanio ſignificatus videbatur eſſe, omnes argumentabantur Epiſtolam eſſe Villani, & à Cæſarino conſultus Scioppius de Auctore, reſpondit, *Recognoſco ſtylum Villanicum*, nec falſus fuit.

4. *Endecaſyllabos in Aldinam Hieronymi Aleandri*, cum aliis.



Digitized by Google

5. *Notas ad primam partem Hiſtoriarum Albertini Muſſati.* Venetiis cum Albertini Hiſtoria apud Pinellum in fol.

6. *Ad Bonam Frugem*, Poëmatium, ad Dominicum Molinum Venetiis apud Antonium Pinellum 1629. Italicè vero;

7. *Poeſie ſopra Venetia.* Ibidem apud eundem in 4.

8. *Canzone alla Santità di Noſtro Signore Papa Urbano VIII.* ab Antonium Brunum. Ibidem apud eundem 1632. in 4.

9. *Pareneſi all' Italia nelle preſenti calamità.* Romæ in 4.

10. *L' Uccellatura di Vincenzo Foreſe all' Occhiale del Cavaliero Fr. Tomaſo Stigliani contro l' Adone del Cavaliero Gio. Battiſta Marini, & alla difeſa di Girola-*
205 *mo Aleandro.* Opus hoc ejusdem Villanii eſſe omnes ſuſpicati ſunt ob nominum alluſionem. Venetiis apud Antonium Pinellum 1630. in 16.

11. *Conſiderationi di Meſſer Fagiano ſopra la ſeconda parte dell' Occhiale del Cavalier Stigliano contro l' Adone del Cavalier Marino, e ſopra la ſeconda difeſa di Girolamo Aleandro.* Hoc item eidem Villanio attribuunt, afferuntqve tale ſibi nomen impoſuiſſe, qvod præter expectationem res illi ceciderit. Nam cum vellet ſub nomine Vincentii Forenſis latere, non potuit; ideoqve ob ſimilitudinem illius avis, qvæ, dummodo caput tegat, totam ſe tegi, licet pateat omnibus, exiſtimat, Phaſiani ſibi nomen aſſumpſit. Villani Carmina laudavit Meurſius Epiſtola ad Dominicum Molinum, *Villani*

Digitized by Google

*lani Carmen eſt inſigne; & ut ſe Poëtam egregium, ſic Philoſophum oſtendit; & eximiæ bonæ frugi, ac ſapientiæ ſe litaſſe,* &c. Et Annibal Campegius.

*Non te Villani, male natus poſſidet ardor,*
*Plebejum ſeqvitur nec tua Muſa Deum.*
*Nec numeris numeros Muſæ non omnibus usqve*
*Abſolvere tuos, ingenuusqve decor.*
*Eqve venuſtatum contemptu nata venuſtas,*
*Et genio ridens ipſe ſuopte lepos.*
*Græcia tres Charitas tantum qvid fingit? in uno*
*Ipſe tuo vidi carmine ſæpe decem.*

Editurus eſt Diſcurſum Academicum, *Della Poeſia giocoſa*, Satis prolixum, doctum, eruditum, & elegantem, qvem in Academia Humoriſtarum recitavit.

NICOLAUS ZUCCHIUS è Societate Jeſu edidit Italicè,

1. *Varie Devotioni, che poſſono aujar ogni Anima à viver Chriſtianamente,* &c. *ad inſtanza della Compagnia della Communione Generale.* Romæ apud Franciſcum Caballum 1630. in 24. Et ſub nomine Horatii Urbani.

2. *Indrizzo di ſervitù al Santiſſimo Bambino, & alla Beatiſſima Vergine.* Viterbii apud Auguſtinum Diſcipulum 1630. in 16.

# O.

OCTAVIANUS MARINUS Interamnas edidit, hac 206

*Stateram temporum, de præſtantia Kalendarii Gregoria-*

*goriani, & ejus facili uſu*, in qvo ea omnia, qvæ ex computo Eccleſiaſtico haberi poſſunt à qvalibe mundi creatione, usqve ad noſtra, & futura ſecu la absqve ſcriptura unico ictu oculi reperiuntur Additæ ſunt pro curioſis *Tabellæ aliqvæ pro Eccli pſibus præteritis, & futuris ad Meridianum almæ Ur bis*. Bononiæ Typis Nicolai Tebaldini 1632. in 4. Penes ſe habet,

*Globum ſine Globo*, in qvo fere omnes operatio nes Mathematicæ facillime perficiuntur, tam Geometrice auxilio Circini, qvam per exqviſitiſ ſimam ſupputationem linearum medio ſinuum tangentium, ac ſecantium.

*Sphæricorum Triangulorum naturalem proportio nem, & eorundem dimenſionem*, ex paucis regulis facillime memoriæ retinendis, ita ut in operatio nibus non ſint reqvirendæ tot formæ.

*De Ephemeridum facili uſu, absqve auxilio aliarum Tabularum*, ex qvo ſufficienter haberi poſſunt ea omnia, qvæ ex aliis Tabulis difficillime, & ma gna cum jactura temporis perqviri ſolent, ex ta bulis domorum tantum.

OCTAVIUS BARONIUS Soranus edidit,

*Panegyricum Carmen*, ad Urbanum VIII. Romæ apud Heredem Bartholomæi Zannetti 1617. in 4.

OCTAVIUS DISSA Capuanus edidit Italice Comœdias,

1. *Fortunia*. Neapoli apud Maccaranum 1628. in 12.

2. *Gineura*. Viterbii apud Diſcipulum 1630. in 12.

3. *Ma*

3. *Mal Maritata.* Neapoli apud Vitalem 1616. n 12.

4. *Flaminia.* Neapoli apud Beltranum 1628. n 12.

5. *Alvida.* Viterbii apud Diſcipulum 1621. in 2. Aſſerunt eas eſſe Franciſci Diſſæ ſub nomine amen Octavii F. publicatas.

OCTAVIUS TRONSARELLUS edidit Itaice,

1. *Il Conſtantino, Poema Heroico*, Cant. XXI. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1629. in 12.

2. *Catena d' Adone Favola Boſcareccia.* Ibidem apud eundem Corbellettum 1626. in 12.

3. *Favole*, ad Sereniſſimum Cardinalem de Sa- 207
baudia. Fabulæ ſunt. I. *Erminda, over la Pomice.* II. *La Calamita.* III. *Il Diamante.* IV. *L' Arena.* V. *Il Corallo.* VI. *Murice, over la Purpura.* VII. *Il Moſtro del Reno.* VIII. *Il Giudicio di Giunone.*

4. *Drami Muſicali.* Ibid. apud eundem 1632. in 12. Dramata. I. *Narciſſo.* II. *La Sirena.* III. *Fetonte.* IV. *La danza di Diana.* V. *Minoe.* VI. *Il Ritorno d' Angelica.* VII. *Amore.* VIII. *Preneſte.* IX. *La creatione del Mondo.* X. *La menſa di Nettuno.* XI. *Marſia.* XII. *Belvedere.* XIII. *Vittoria d' Amore.* XIV. *L' Età dell' Oro.* XV. *L' Humiltà trionfante.* XVI. *Partenope.* XVII. *La naſcita di Romolo.* XVIII. *Rinaldo prigioniero.* XIX. *Il Bagno de' ſemi Celeſti.* XX. *La Vendetta.* XXI. *Iſigenia.* XXII. *Silvio Amante.* XXIII. *Il Giudicio di Venere.* XXIV. *Il Natale dell' Anno.* XXV. *L' Amante ſoſpettoſo.* XXVI. *Il Trionfo di Primavera.* XXVII. *Gli Applauſi Urbani.* XXVIII. *L' Augurio felice*

*lice.* XXIX. *La figlia di Jepte.* XXX. *La conteſa della Virtù.* XXXI. *Faraone ſommerſo.* XXXII. *L'Eſeqvie di Chriſto.*

5. *Rime*, hoc eſt, *Sonetti*, *Madrigali*, *Canzoni*, *Ottave.* Ibidem apud eundem 1627. in 12.

6. *Canzonetta*, in Nuptiis Principum Ludoviſii, & Venoſæ. Item,

*Il Tebro.* Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

7. *La guerra delle tre Dee.* Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in 12. De eo Antonius Sfortia Epiſtola ad Franciſcum Mariam Serram, *Octavii Tronſarelli Conſtantinum legi, perlegi. Dignus mihi videtur tanto Heroë Vates. In illo lectionis æſtu ſæpius exclamavi.*

*Cedite Romani Scriptores, cedite Graii.*
*Neſcio quid majus naſcitur Iliade.*

ODDO de COMITIBUS è Societate Jeſu edidit, Orationem habitam in Paraſceve coram URBANO VIII. in Sacello Pontificio, cui titulum fecit, *Chriſtus patiens, Novus Adam ſepulchro cordis inciſus.* Romæ Typis Franciſci Corbelletti 1632. in 4.

ODORICUS VALMARANA Vincentinus Presbyter Theologus, & Philoſophus edidit,

1. *Dæmonomachiam*, ſive, *de bello Intelligentiarum ſuper Divini Verbi Incarnatione*, lib. XXV. ad Ferdi-
208 nandum II. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum Viennæ Typis Matthæi Firmici anno 1627. in 12.

2. *De finibus ſuper Salomonis Eccleſiaſte*, ad Sereniſſimum Leopoldum Archiducem Auſtriæ, Epi-

Epiſcopum Argentinenſem. Ibidem apud eundem 1627. in 8.

ONUPHRIUS GERALDINUS de CATENACCIS Amerinus edidit,

*Vitam Alexandri Geraldini Epiſcopi S. Dominici apud Indos occidentales*, una cum *Itinerario ad Regiones ſub Æqvinoctiali plaga conſtitutas* ejusdem Alexandri, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Romæ Typis Guillelmi Facciotti 1631. in 8.

Legi ejusdem tractatulum,

*De Viris Geraldinis*, qvi in obſeqvio Apoſtolicæ Sedis per varia tempora inſudarunt, Manuſcriptum,

*Inſcriptiones Veteres Amerinas* ab aliis neglectas, & nondum editas ipſe juſto volumine, ac ſedula indagatione complexus, cum aliis ab Alexandro jam dicto ex variis Europæ partibus concinnatis, & nondum vulgatis, editurus eſt aliqvando.

*De Dignitatibus Eccleſiaſticis.*

ORPHEUS RUSELLUS edidit Italicè,

*Il Diſperato Amante.* Viterbii apud Diſcipulum 1625 in 12.

OVIDIUS de AMICIS à Pedemontio olim Canonicus Capuanus J. C. & Protonotarius Apoſtolicus edidit,

*De jure Emphyteutico*, ex Cap. Potuit Emphyteuta, de locat. & conduc. cum C. *Diſceptationibus* freqventisſimis, ad Cardinalem Ludoviſium. Romæ apud Facciottum 1622. in fol. Laudatur à Rota, & aliis Recentioribus. Sanctorius item Archiepiſcopus Urbinas in ſuis Annalibus

bus inter primarios Jure Conſultos recenſet
Scripſit,

*De Primatu Eccleſiæ tam in ſpiritualibus, quam temporalibus*, Diſcurſus duos, ad Urbanum VIII. Nunc totus eſt in elaborandis,

*Additionibus*, in Opus de Jure Emphyteotico.

# P.

209 PATRITIUS FATTORIUS Turritanus edidit Italice,

*Ampia, e diligente Relatione delli honori fatti al cuore di S. Carlo per lettera ſcritta all' Illuſtriſſimo Sig. Conte Carlo Borromæo Nepote del Santo.* Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1614. in 4. Meditatur,

*Lucubrationes ſpirituales in libellum Joannis XXII.* de Contemptu Mundi.

PATRITIUS FLEMMINGUS Hibernus Ordinis Minorum Obſervantiæ S. Franciſci ab Hereticis in Germania, dum Praga Auguſtam ſe conferret, trucidatus, edidit,

*Vitam S. Columbani Abbatis Bobienſis cum Annotationibus.* Non liqvet qvonam in loco prelo commiſſa ſit, & alia.

PAULUS de ANGELIS edidit,

1. *Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe deſcriptionem, & delineationem.* Romæ 1620. in fol. Italice etiam,

2. *Della Lemoſina, overo Opere, che c' aſſicurano nel giorno del final giudicio.* Romæ apud Maſcardum 1611. in 4.

PAU-

Digitized by Google

PAULUS BARISONUS Patavinus, ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ Patavinæ Clericus Regularis edidit Italice,

*De freqventi uſu Euchariſtiæ.* Noviſſime prodiit emendatior Typis Neapolitanis Ægydii Longi 1631. in 8.

PAULUS BOMBINUS edidit,

1. *In diem S. Paraſceves*, Orationem habitam in Sacello Pontificio. Romæ apud Maſcardum 1612. in 4. & rurſus apud Franciſcum Caballum in 4.

2. *De adventu Spiritus ſancti*, habitam in Sacello Pontificio. Romæ apud Jacobum Maſcardum, in 4.

3. *In diem S. Pentecoſtes*, ſub nomine Pompeji Muti. Ibidem apud eundem Maſcardum 1612. in 4. & rurſus apud Franciſcum Caballum in 4.

4. *In Funere Coſmi II. Etruriæ Ducis.* Mantuæ apud Franciſcum Oſannam 1621. in 8.

5. *In Funere Philippi III. Hiſpaniarum Regis.* Ibidem apud eundem in 4.

6. *In Funere Margaritæ Auſtriæ Uxoris Philippi III.* 201
*Hiſpaniarum Regis.* Romæ apud Zannettum 1611. in 4.

7. *In Sigiſmundum III. Poloniæ Regem*, *Elogium*, Mediolani ex Typographia Regia Jo. Baptiſtæ, in fol. expanſo.

8. *Veſtigium Gymnaſii Romani*, ad Cardinalem Burgheſium, Opus eſt ſoluta, & metro adſtricta oratione compoſitum, qvamqvam aliqvi ſunt verſus eo in libro aliorum Auctorum, qvos aſteriſco notatos voluit in libri margine, ne aliorum



Digitized by Google

plumis ſe veſtire videretur. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1615. in 8.

9. *Vitam, & Martyrium Edmundi Campiani è Societate Jeſu.* Primum in Belgio in 12. Tandem auctiorem, & pleniorem. Mantuæ apud Fratres Oſannas Ducales Impreſſores 1620. in 8.

10. Italice, *La vita di S. Ignatio Lojola.* Neapoli apud Lazarum Scoriggium 1615. in 8. Prelo nunc deſcribitur Mediolani apud Malateſtam ejus Hiſtoria,

11. *De Sfortiadum Originibus*, ſeu, *Magnus Sfortia*, qvod Opus carptim Abrahamus Bzovius retulit in ſuos Annales, Tom. XV. &

12. *Breviarii Rerum Hiſpanicarum*, Enneas prima. Venetiis apud Pinellum Impreſſorem Ducalem. Plura continet repugnantibus amicis, qvorum hortatu, ac pene jurgio coactus edet, qvando jam parata ſunt, videlicet,

*Breviarii Rerum Hiſpanicarum*, Enneas ſecunda.

*Hiſpania Auſtriaca*, lib. XVII.

*Vita Gregorii XIII. Pont. Opt. Max,*

*Vita Sixti V.*

*Vitæ Reliqvorum Pontificum ad Clementem VIII.*

*Elogiorum Centuriæ tres, De Viris ſuæ ætatis Illuſtribus.*

*Præſegminum Liber continens ſacræ, & profanæ antiqvitatis varia monumenta.*

*Qvæſtionum naturalium*, Centuriæ tres.

*De novis Cœli Pœnomenis*, Diſputatio.

*De Summo Pontifice.*

*De Conciliis.*

Cum

Digitized by Google

*Cum Hæreticis de recentibus veterum errorum additamentis.*

*In Eccleſiaſtem Commentaria.* Ea Sigmundo III. Polonorum Regi deſtinaverat, gratum, & expetitum Opus. Qvanti Rex fecerit hac Epiſtola ſignificavit. *Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Moſchoviæ, Samogitiæ,* 211 *Livoniæqve necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumqve hereditarius Rex, Venerabili Patri Paulo Bombino Religioſæ Congregationis Somaſchæ Presbytero ſincere nobis dilecto. Venerabilis Pater ſincere nobis dilecte. Apprime grata nobis fuerunt literæ Paternitatis tuæ, ex qvibus proſpeximus luculenter Paternitatem tuam iis abundare animi bonis, qvæ à Regibus minime contemni ſolent. Laudem igitur, non ullius notam erroris apud nos meretur Paternitatis tuæ factum. Qvod librum ſapientiſſimi Regis Paternitas tua Commentariis ab ſe illuſtratum nobis deſtinat pro grato habemus. Porro qva propenſione eximii tui erga nos ſtudii teſtificationem ſimus complexi, nulla re id magis declarare potuimus, qvam ſi à nobis Paternitati tuæ, ejus momenti negotia, in qvibus pari prudentia, & fide ſit opus crederentur. Internuncius noſter Neapolitanus fuſius mentem noſtram explicabit Paternitati tuæ, cui fidem ipſa habebit, gratiam juxta noſtram Regiam Paternitati tuæ deferimus, vitamqve à Deo precamur diuturnam. Datum Varſaviæ die XXV. menſis Julii anno Domini MDCXXXI. Regnorum noſtrorum Poloniæ XXXXIV. Suetiæ XXXVIII. Sigiſmundus Rex* Italice etiam compoſuit,

*La vita della Regina in Scotia.*

*Le vite delli Fondatori delle Religioni dal M.D. in*

*qua*

*Delle Paſſioni dell' animo, e de i mali che da eſſe procedono, della lor cura tanto fiſica; qvanto morale*, lib. II

*Della Birra, ò Ceruoſa*, Diſcurſum Medicum.

*Del Contagio, ove ſi prova il Contagio eſſer men da temerſi di qvello che ſi teme*, Diſcurſum,

*Del riſo, e del pianto*, lib. II. Ejus cum laude meminerunt Gonſalvus Fernandes in Revelationes S. Brigittæ, Melchior Lotherius de re beneficiaria, Carranza de Partu naturali, & legitimo, Odoardus Barboſa de officio, & Poteſtate Epiſcopi, Vincentius Alſarius Crucius in Hiſtoria fœtus, Joannes Faber de Animalibus Indicis, Petrus Caſtellus in Epiſtolis Epiſt. IV. illi inſcribit, vocatq; *Medendi præſtantiſſimum*, Stephanus Rodericus Caſtrenſis in lib. Hippocratis de Alimento, *Soli inter omnia animalia mulieri eſſe incertum pariendi tempus: qvam tamen ſententiam eruditiſſimus Paulus Zacchias doctiſſime infringit; ſpero fore doctos homines, qvi apud illum hanc controverſiam legerint, ab antiqva hæreſi libenter diſceſſuros.* Marcus Aurelius Severinus de recondita abſceſſuum natura lib. 4. *Medicorum, & Jure-Conſultorum Mercurium* appellat, & lib. 6. cap. 4. *Sed de hac omni re cumulatiſſime, ac perqvam exqviſitè diſputat inter omnes Paulus Zacchias Medicorum, & Juris-peritorum Hermes Italicus.* En Lector ad eundem optimam optimi Senis Septalii Epiſtolam. Paulo Zacchiæ Medico præ-
215 ſtantiſſimo Ludovicus Septalius S. *Serius, qvam par eſſet, literas tuas, & librum accepi: qvæ enim III. Id. April. datæ ſunt, Id. Septemb. ſunt allatæ, moram igitur mearum ne accuſes: neqve enim, qvod tardius re-*

*reſcripſerim, qvod ceſſaverim, arguendus ſum. Sed voluit fortaſſe ſiniſtrum aliqvod numen inter ingenii tui celeres impetus, tarditatem aliqvam commiſcere tantam ſortem dedignans. Verum feliciori mixtura propitia ſydera vegetos illos mentis tui ſpiritus maturiori, & tardiori prudentia temperarunt: unde emergit robuſtius ingenii vigor ſcripturarum, imo conſiliorum omnium argumentum. Laudo igitur in libris tuis duo hæc, in indagandis controverſiis ſolertiam, in enodandis maturitatem. Qvin illud dignius eſt, & non vulgares expoſcit laudes, qvod præſtantisſimas duas facultates, à qvibus gubernantur, & ſervantur homines nempe Juris-prudentiam, & Medicinam olim inter ſe de principatu concertantes, amico, & certiſſimo fœdere, qvaſi ſorores inter ſe unieris, ut & leges ſtatuat Medicina, & Juris-prudentia medeatur. Jamqve Judex & morborum peccata, litesqve concertantium humorum cognoſcet, & remedia præcipiet, & ex adverſo foro, & tribunali donati Medicinam, nec immerito qvidem, qvoniam, & Lex ipſa eſt animorum medela, ac Medicinam vere dixeris corporum legem. Ita, & medentur utraqve & leges ambæ conſtituunt, & judicant. At vero & literæ tuæ qvamvis omni ex parte mihi gratiſſimæ, ea etiam ratione gratiores fuerint, qvod te hominem jam antea ex editis voluminibus notum, etiam hac, quæ abſentibus conceditur ratione, ſcilicet per Epiſtolam cognoverim. Laudes vero, qvibus me, ut amicus potius, qvam ut ſeverus rerum æſtimator ornare voluiſti, ſi mihi non gratiſſimas fuiſſe aſſererem, non ſenſibus meis non aſſentirem, ſed me etiam à communi hominum ratione ſejungerem; qvibus omnibus placet apprime ſuaviſſi-*

U

*mentorum adminiſtratione concordia. Hunc Olim Clementis VIII. apud Ruthenos Apocriſiarium Bzovius XIV. Annalium doctiſſimum, & de re Eccleſiaſtica meritiſſimum nuncupavit.* In opere Ciacconiano Notis in Joannis I. vitam, eum *in Græcorum Patrum libris, in Græcisque conciliis bene verſatum* dixit; & in Appendice cap. 19. lib. 2. Inſtructionis Sacerdotum Cardinalis Toleti, *doctum Theologum*, & *Petrus à Gregorio XIV. primum, deinde à Clemente VIII. ad Ruthenos in Catholicæ Religionis puritate erudiendos miſſus fuit; nunc vero Scipioni Burgheſio Cardinali inſervit, librumque de Concordia Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ in Sacramentorum adminiſtratione non vulgari diligentia conſcripſit.*

PETRUS CASTELLUS Romanus Medicus, Andreæ Baccii, cujus poſtea in locum ſucceſſit, Andreæ Ceſalpini, & Marſilii Auditor edidit,

1. *Chalcanthinum Dodecaporion*, ſive, *duodecim dubitationes in uſu Olei Vitrioli contra Raimundum Mindererum.* Romæ apud Jacobum Maſcardum 1619. in 4. Pro Minderero reſpondit David Verbezius Carnio - lubeanus Medicus Auguſtanus. Auguſtæ Vindelicorum apud Sebaſtianum Miſium 1626. in 4. contra eundem etiam ſcripſit G. Greps, cujus Epiſtolam habes inter Epiſtolas Medicinales Caſtelli Epiſt. V. cui reſpondit Epiſt. VI.

2. *Defenſio Antiquorum utentium Arſenico, & Sandaraca.* Romæ apud Maſcardum 1619. in 4. Laudatur hoc Opus, & à Philippo Hechſtetero Medico Auguſtano Decade IIII. Variarum Obſervationum, & à Paulo Zacchia Quæſtionum Medico-Legalium Tom. II. Quæſt. 4.

3.

Digitized by Google

3. Epiſtolam *De Elleboro* contra Joannem Ma-
elphum, & Aëtium Cletum pro Proſperó Mar-
ano. Ibidem apud eundem Maſcardum 1622.
4. Reſpondit Manelphus,
4. Epiſt. II. *De Helleboro*, in qva confirmantur 218
, qvæ in ſuperiori Epiſtola allata fuere. Ibidem
pud eundem 1622. in 4.
5. *Epiſtolarum Medicinalium*, Decas I. apud eun-
em 1626. in 4.
6. *De Abuſu Phlebotomiæ.* Romæ ex Typogra-
hia Franciſci Corbelletti 1628. in 8.
7. *Theſes Philoſophicas, & Medicas*, qvibus ſumma
hiloſophiæ, ac Medicinæ capita pauciſſimis ver-
is proponuntur. Romæ apud Jacobum Maſcar-
um 1627. in 4. Italice vero,
8. *Diſcorſo della duratione delli medicamenti tanto
mplici, qvanto compoſti.* Ibidem apud eundem
621. in 4.
9. *Breve ricordo dell' Elettione, Qvalità, e Virtu
ello Spirito, e dell' Oglio acido del Vitriolo.* Ibid. apud
undem 1621. in 4.
10. *Pharmaceutica*, cioe, *Arte della Speciaria.*
bid. apud eundem 1622. in duobus foliis ma-
gnis expanſis.
11. *Diſcorſo della differenza tra li Semplici freſchi,
li ſecchi, con il modo di ſeccarli.* Ibidem apud eun-
dem 1629. in 4.
12. *Annotationi ſopra l' Antidotario Romano.* Ro-
mæ apud Guillelmum Facciottum 1632. in 4.
13. *Incendio del Monte Veſuvio*, ad Eminentiſſi-

U 3 mum

mum Lælium Biſciam Cardinalem. Romæ apud Maſcardum 1632. in 4.

14. Alieno nomine *de Plantis*. Ibid. apud eundem 1625. in fol. Habet plurima edenda. Ea ſunt,

*Introductio Medicinæ*, ad Tirones.

*De differentiis, & cauſis morborum, & Symptomatum*, ad Tirones.

*De Criſibus.*

*Methodus medendi.*

*De vero uſu Phlebotomiæ.*

*De ſignis locorum patientium*, Lectiones anni MDCXXVII.

*De urinis*, Lectiones anni MDCXXIIX.

*De morbis puerorum* Lectiones añi MDCXXIX.

*De vomitu, & medicamentis vomitoriis.*

*Della Peſte Trattato Politico, e Medico.*

*In Hippocratis librum περὶ παθῶν Commentaria.*

*Sepulcretum*, ſeu, *Anatomicæ Obſervationes*, qvas in centum cadaveribus Romæ ſectis notare licuit.

*De ſtrumis.*

219 *De faſciis.*

*In Dioſcoridis lib.* 1. & 2. *prælectiones* anni MDCXXX.

*De Mineralibus*, Lectiones MDCXXXI.

*Hippocratis materia Medica*, ſeu, *Explicatio omnium Plantarum, mineralium, & animalium, qvorum nomina, & uſus apud Hippocratem extant.*

*Chalcanthum triumphans*, in qvo traditur eſſentia, & uſus Chalcanthi omnibus difficultatibus ſolutis.

*De Lapide Lazuli.*

Digitized by Google

*Il vero Solſtitio dell' Opobalſamo.*

*Aloëdarium.*

*Delle Acqve Romane.*

*De Animalibus inſectis*, Tom. I. in qvo libris ſex raditur generatio, transmutatio, mos, & facul-as animalium inſectorum terreſtrium, cum conibus diligentisſime ad vivum delineatis.

*De Animalibus inſectis*, Tom. II. in qvo libris tri-ous ponuntur generatio, transmutatio, mores, & facultates animalium inſectorum Pennatorum cum ſuis Iconibus ad vivum diligentisſime, & variis coloribus pro eorum varietate expresſis.

*De Odoribus, & Suffumigiis.*

*Chymicæ Prælectiones*, ad Tirones ſuos.

*Chymicæ operationes.*

*Mendacia Chymicorum.*

*Officina Chymica.*

*Index remediorum Chymicorum.*

*L' Ottimo Medico.*

*Reſponſio ad Joannem Ponam Veronenſem*; ſeu ad ea qvæ ipſe notavit in libro de Rarioribus plantis Horti Farneſiani.

*Chalcanthum Anti-Cletum*, in qvo CL. cenſuris notatur liber de Chalcantho Aëtii Cleti Medici.

*Critica reſponſio ad litem de Doſi, & facultatibus Diaphiniconis medicamenti*, inter Julium Philippellum, & Vincentium Alſarium Crucium.

*Verbetius Verberatus*, ubi reſpondetur ad deliramenta pædagogica Davidis Verbetii objecta. Dodecaporio Chalcanthino pro Raimundo Minderero.



Digitized by Google

*Animadverſiones in Diſqviſitionem Generalem ad*
220 *Hiſtoriam fœtus* Vincentii Alſarii Crucii.

*Il perfetto Spetiale.*

*Diario per i Spetiali*, cioè, *il tempo di raccogliere i Semplici e fare i compoſti.*

*Pharmaconomaſticum.*

*Del modo di ſeccare i Semplici*, Tract. II. Philoſophicum.

*Epiſtolarum Medicinalium*, Decas 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

*Conſilia Medica.*

*In Ariſtotelis Problematum*, librum primum, & ſecundum Lectiones anni MDCXXVI.

*De Civetta*, ſive, *Hyæna odorata Zibethum gignente*, Tractatum.

*Veſuviantium Veſuvium.* Et plura meditatur. Annotationes Proſperi Martiani in omnia Hippocratis opera à filio impetratas, & à ſe recognitas, Typis Maſcardi Romæ imprimi curavit anno 1626. in fol. Libros de Inſectis vidit Paulus Zachias; & laudat Qvæſtionum Medico-Legalium Tom. IV. tit. 1. Qvæſt. ult. num. 4. *Vermiculos qvoqve, & ſcarabæos, & plura inſectorum corpora pluries mutare, & multoties reviviſcere, novasqvè formas capeſcere, qvicunqve experiri volet, facile poterit, & expertus eſt millies ſolertiſſimus Medicus Petrus Caſtellus, qvi & librum qvoqve de Inſectis confecit, ab ipſomet effigiatum, & variis inſectorum imaginibus ingenioſiſſime ornatum.* Marcus Aurelius Severinus de noviſſime obſervatis abſceſſibus cap. 23. *Nempe qvod ut adverti principio plurima fermenti vi, & mirifica energia diſceram hic cum Petro Caſtello Romano*

*Scho-*

Digitized by Google

*chola Doctore, & Scriptore in evincendis ſuis placitis*
*errimo, atqve efficaciſſimo; in Epiſtolarum, inqvam*
*Medicinalium 3. 4. 5. in qvibus unis divinum hominis*
*genium facile perſpexerint docti, qvos enim in his di-*
*utationibus maximos ex omnibus Theologos, Philoſo-*
*hos, Hermeticos, Medicos confirmatores, ac teſtes ſuos*
*m produxit? aut, ut rectius dicam, qvos horum lo-*
*os ad hanc diem incomprehenſos non attigit? aut qvos*
*rum abditos ſenſus non aperuit? aut qvæ ſubtiliſſima*
*aturæ ſecreta non eveſtigavit? de* αὐτοκινήτου *plaſte,*
*iſcretore, formatore, perfectore, moderatore panturgo*
*iritu philoſophatus.* Et in libri Perorat. *Sed Pe-*
*rum Caſtellum noſtrum Romæ Necrotiriſes ampliſſime*
*rofeſſum, ac juſto has volumine complexum, de operis*
*videm editione plus ſemel efflagitata, mihi ſicut confido* 221
*ratificaturum opperiri præſtat, nimirum ut ad illuſtres*
*uas enarrationes accedens aliqvando deſpicabilis noſtra,*
*umen, ac ſplendorem inde recipiat nonnullum.* Et
Stephanus Rodericus Caſtrenſis in Commenta-
io Hippocratis de Alimento. *Horum ignium*
*auſas tam efficientes qvam materiales multi Viri do-*
*tiſſimi indagarunt, & noviſſime eruditiſſimus Petrus Ca-*
*ſtellus in Libro de Incendio Veſuvii, vulgari ſermone,*
*non vulgari tamen doctrina edito, qvem merito D. An-*
*gelus Collius vir omni æſtimatione major, rara, & pul-*
*chra eruditione refertum eſſe, in Cenſura præfixa fidem*
*facit.* Eſtqve noſtrum in eundem de Incendio
Veſuviano ſcribentem Epigramma Græcum.

φλοξὶ μὲν ἐνδομύχοισι βιάζετο Βέσβιον ὄρος
Μηδὲ φέρον γ᾽ ὀδύνας νέρθεν ἔσ(σε) βάθρα.

Καπνοῦ τ' ἀκαμάτου πυρσούμενον ἔκτοθι βάλλον
  Κρουνὸν πρὸς θαλάμοις ἔρρεεν αἰθερίοις.
Τοῖς σέλας ἠμαύρωσε, καὶ ἠελίου σβέσεν αὐγὰς,
  Ἔνθεν ἔπειτ' ὀλοὴ νὺξ χθονίοισι χύθη.
Καὶ πυρὶ πάντ' ἀμάθυνε, κόνιν δ' ἀπεσείσατο δεινὴ
  Τηλόθεν ἰσαρθμύνοις, καὶ ναέταισι μόρον.
Φείσατο δ' οὐ μελέων, τά ῥ' ἀπέσπασεν εἰς ἁλὸς οἴδμα
  Ἀλλοδαπὴν τ' ἐς γῆν ῥίψαν ὅπως κονίην.
Δείματι πᾶς τις ἄλυξε παλίντροπος, ἄχθος ἀπ' ὤμων
  Βάλλεν Ἄτλας, κόσμου πάντα δ' ἔναλλα πέλεν.
Φάντο βροτοὶ χάεος πρωτόσπορόν αὖθις ἐς εἶδος
  Πάντα μολεῖν φύρδην, καὶ κλονέοντο δέει.
Πέτρος δ' εὐφροσύνης κρυφίης ἐπιβήτορι θυμῷ
  Αἰτὶ ἀπαγγείλας φωσὶν ἐνῆκε θράσος.
Παῦσε φλόγας τε, κλόνον τε, σέλας δωρήσατο Φοίβῳ
  Γῇ μορφὴν, πόντῳ πεῖρας, Ἄτλαντι πόλον.

Qvæ ſic vertebat Andreas Bajanus.

*Dum rapidos ſecum patitur Veſuvius ignes,*
  *Viſcera mota negat ſuſtinuiſſe dolor.*
*Ergo immenſa rotans incendia fluminis inſtar*
  *Ad thalamos illud projicit æthereos.*
*Nec mora nube jubar tinxit, detonſus Apollo*
  *Viſus, & hinc terris nox male ſana ruit,*
*Omnia flamma vorat, cinis ater in æthera ſurgit,*
222 *Ingens longinqvis finitimisqve malum.*
*Nec membris parcens avulſos fluctibus artus,*
  *Campisqve inpingit fruſta velut cinerem.*
*Territa cum Thetis refugit, mundiqve rejectat*
  *Pondus Atlas, qvo ſusqve omnia, deqve movet.*
*Primævum mortale genus Chaos inde reverti*

*Dum*

*Dum pavet, atque videt omnia mixta putat,*
*At PETRUS multas prudenter in omnia cauſas*
*Omnibus adducens, auſa, animosque dedit.*
*Jam motus flammæque qvies, lux reddita Phœbo,*
*Terræ forma, mari meta, & Atlanti polus.*

PETRUS CIOFFIUS Empulitanus Tiburt. Diœceſis edidit,

1. *Opuſcula* varia, maxime vero Theologica, in qvibus, *de Deo Uno, Trino, Incarnato, De Angelis, De Homine,* qvatenus ſubjecta ſupernaturalium ſunt, *De Sacramentis ingenere, De Gratia, Fide, Spe, Charitate, & Gloria.* His tres Philoſophicas Diſceptationes ſubnexuit, *de Subſtantiali Elementorum ſimplicitate, De Continuo Motu, ac Tempore Phyſicis. De Fluiditate Cœli Ætherei. De Symphoroſiana Familia* Carmen. Et carmine

2. *Sacrarum Deſcriptionum*, lib. XX. Romæ ex Typographia Bartholomæi Zannetti 1621. in 4.

3. *Eccleſiaſticarum Deſcriptionum*, lib. XX. Romæ apud Heredem Bartholomæi Zannetti 1622. in 12.

4. *Eccleſiaſticarum Deſcriptionum*, alios lib. X. Romæ apud eundem 1625. in 12.

5. *Qvæſtiones IV. de ſacris figurativis. Epiſtolam* item unam cum *Appendicibus* qvibusdam, ſeu qvaſi *Corollariis*; & *Verſus* aliqvot doctrinam eandem compendioſe ac diverſimode continentes. Fulginiæ apud Auguſtinum Alterium 1626. in 12. Elucubravit earundem *Eccleſiaſticarum Deſcriptionum* alios libros plures, qvibus veteris, ac

novi

Digitized by Google

PETRUS MARTINEZ de HERRERA Carmelitanæ Religionis Procurator Generalis edidit Sermone Hiſpanico,

*El Prencipe Advertito, y declaracion de las Epigramas de Napoles la Viſpera de S. Juan.* Neapoli apud Scoriggium 1631. in 4.

PETRUS RODULPHINUS I. V. D. Cortonenſis edidit Italicè,

*Compendio dell' Iſtoria, e Pianta della Città di Cortona*, Romæ apud Ludovicum Grignanum 1633. in 4.

PETRUS A VALLE Peregrinus Patritius Romanus edidit Latino, & Hetruſco idiomate,

1. *Orationem in Funere Maanis Joëridæ conſortis*, Romæ apud Heredem Bartholomæi Zannetti 1627. in 4.

*Delle Conditioni di Abbas Rè di Perſia.* Venetiis apud Babam 1628. in 4. Sed ſecunda editio Romana legitima reputatur.

3. Epiſtola ad Nobilem Perſam, *De quibusdam Controverſiis Fidei*, Perſico Sermone, cum Interpretatione Latina jam ſub prelo eſt. Varia conſcripſit, quæ editionem expectant,

*De Regionibus ſubjectis Recentiori Perſarum Imperio.*

*Grammatica della lingua Turca.*

*Dei O. M. attributa*, ſivè, *nomina mille*, Arabicè, ac Perſice ſcripta, à probatiſſimis Auctoribus ab ipſo Latine reddita.

*Compendio dell' Iſtorie Perſiane dal principio del mondo fin quaſi à noſtri tempi, con una Cronologia della ſteſſa.*

*Un*

Digitized by Google

*Un volume di Lettere, con ampia Relatione di tutti i ...i viaggi di Perſiia, India, e Turchia.*

*Profeſſio Fidei Muhamedanorum juxta ritum Sciai-...rum*, ex Perſico Idiomate in Latinum verſa. 226

*Ephemeris Perſica unius anni*, Latine reddita.

*Informatione della Giorgia*, ad Urbanum VII. cui, Deo placuerit, addetur,

*L' Iſtoria delle Miſſione de' Padri Theatini à qvei po-...li, fatta per ordine del medeſimo Pontefice, con i pro-...eſſi di eſſa.*

*Compendio del libro del Padre Chriſtoforo Borro*, de ...ibus Cœlis *in lingua Perſiana, con l' Interpretatio-...e in Toſcano.*

*Annotationes in librum Fratris Thomæ à Jeſu*, De ...rocuranda ſalute omnium Gentium. Luſit etiam ...ivenis proſa, & vorſa Oratione,

*Gli Amori Peſcatorii.*

*Lettere Peſcatorie Amoroſe.*

*Un Dialogo della Elettione della Dama.*

*Un Sogno Amoroſo con certa inventione.*

*Una Favola di doi Simili, alludendo à certi caſi veri.*

Horum potior pars cum Conſtantinopoli re-...nearet, Venetias à plagiariis, qvi nonniſi aliorum ...olumis conſpicui nugas vendunt, clanculum ſur-...repta eſt. Pleraqve etiam meditatur,

*Reſponſionem ad librum Perſarum apologeticum ad-...verſus Epiſtolam ab ipſo ſcriptam*, lingua Perſica.

*Loca Alcorani contraria textibus librorum ſacræ Scripturæ, qvi à Muhammedanis recipiuntur, ut libri de Fide.*

*ſciam, typis mandatum à Stephano Bubalo, tantæ ſobolis parente, ingenio, pietate, religione, prudentia, eloqventia, ingenuarum artium cognitione, & generis nobilitate clariſſimo Viro avidiſſime expectant Viri docti.*

*Electionem S. D. N. Urbani VIII.* Heroico carmine recenſuit. Habet præ manibus, *Variarum Reſolutionum*, volumen, in qvo graves qvæſtiones Apoſtolicæ Pœnitentiariæ propoſitas explicat. Plura de eo item Victorellus ad cap. 3. lib. 6. Inſtructionis Sacerdotum Cardinalis Toleti, ubi illum inter graviſſimos qvosdam Theologos enumeravit. *Inter qvos P. Stephanus de Bubalis, qvi multis annis Romæ in Collegio Romano, & alibi ſumma cum laude Theologiam docuit*, & ad cap. 15. *Stephanus de Bubalis, qvi tunc in Collegio Romano Theologiæ myſteriis publice explicandis egregie navabat operam*, & in Recenſione; *Stephanus Bubalus de Cancellariis Romanæ Nobilitatis ornamentum magni nominis Philoſophus, Theologusqve Romæ juvenis Philoſophiam docens, adoleſcentes, qvi modo fulgent in purpura diſcipulos habuit. Patavii, Romæqve deinde in Romano Collegio Sacræ Theologiæ arcana præſtanti auditorum concioni eximia cum laude aperuit. Dignum Opus de humano Intellectu conſcripſit: magnum, & doctum de Angelis, qvod typorum beneficio lucem aſpexit; Alia jam ad unguem caſtigata, ut opinari licet, in tenebris jacere non ſinet. Pœnitentiariæ majoris Theologus, Vaticanæ rector, & nitor.*

STEPHANUS MANARUS ſcripſit Italice, *Canzone*, in Nuptiis Principum Ludoviſii, & Venoſæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622 in 4.

STE-

STEPHANUS MARINUS edidit Italice,
*Tebro Feſtante Epitalamio*, in Nuptiis DD. Thad- 237
æi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud
Impreſſores Camerales 1629. in 8.

STEPHANUS PAULINUS edidit Italice,
*Dittionario Georgiano, & Italiano*, in cujus compoſitione ait ſe adjutum à Patre Nicephoro Irbachi Georgiano Monacho S. Baſilii. Romæ Typis S. Congreg. de Propaganda Fide 1629.

STEPHANUS SIECINSKIUS Canonicus Præmislienſis Polonus edidit,
Orationem, *In publica Urbis gratulatione Wladislao IV. felicibus auſpiciis electo Poloniæ Regi.* Romæ apud Ludovicum Grignanum 1633. in 4.

STEPHANUS VAUS edidit Italice,
*La Fama Epitalamio*, in Nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ, Romæ apud Camerales 1629. in 8.

# T.

TANCREDUS COTTHO Senenſis Societatis Jeſu edidit Italice,
1. *Tragœdias* ſub nomine Academici Naſcoſti. I. *Olao*. II. *Edvino*. III. *Sidrach, Miſach, & Abdenago*. IV. *Davide*. V. *Precipitio delli falſi Dei al comparire dell' Eterno Verbo in carne.* Romæ apud Guillelmum Facciottum 1628. in 12.

2. *Gemitum Columbæ Cardinalis Bellarmini*, vertit in Italicam linguam. Romæ apud Zannettum 1617. in 12.

Digitized by Google

*lluſtriſſimo & Excellentiſſimo Viro*

DOMINO

# O. FRANCISCO BARBADICO,

Senatori Veneto.

* * *

JOANNES IMPERIALIS S.D.

TVo ne magis merito, an veteri meo grati animi debito ſatisfacerem, hæſitavi nonnihil, Illuſtriſſime, & Excellentiſ-

 ſime

*Sic, dum melli flua voces modulatur avena,*
*Cœlica cœleſti mente camæna canit.*
*Quid mirum, rabidi vincit ſi temporis iram?*
*Non jus in cœlum temporis ira tenet.*

## Joſephi Mariæ Ciriæ.

*Grande Pedum micuit, dextrâ, rectumq; ſacratâ*
*Cinxit Apollineum cum tibi Mitra caput.*
*En te iterum mæſto Imperialis avena ſepulcro*
*Vindicat, & ſuperas cogit inire vias.*
*I, pete felici ſtellatas omine ſedes,*
*Tetraq; funereæ deſere tecta pyræ.*
*Hæc te penna magis ſuſtollet in aera: quam, ſi*
*Turrigerum patriæ te vehat axe jugum.*

# PIERIUS VALERIANUS.

PIERIUS Valerianus ex Bolzania gente Belluni pervetuſta prodiit, Urbano patruo inſtitutori ſucceſſor, rara ſelectioris ſtudii notitia perpolito. Hinc emerito utriusq; fato objecta ſibi invicem ipſorum è marmore icon, in meridionali externo templi Fratrum minorum latere, Venetiis ſtat infixa; ut, qvos pares nexerunt animorum inſtinctus, corporis etiam obtutu non longe disſitos poſteritas veneretur. Ejuſdem auſpicio patrui, cui virtutis ergo Leo decimus adhuc adoleſcens, humanioribus literis infor-

onis posteà fidem & clientelam ſuſceptus, in-
ꝑ ab ejus obitu inter Clementis ſeptimi dignio-
electus aulicos, eam modeſtiæ atq; integri-
s laudem emeruit, ut ejus curæ Hippolyti, A-
andri, & Catharinæ nepotum educationem
mens commiſerit: eorum alter Cardinalis, al-
Dux patriæ primus, tertia Gallorum ex con-
oio regina, perennibus virtutum cumulis, illu-
m æternamq; præceptoris memoriam reddi-
e. Ab opiferis iſtorum manibus, qvanta ſibi
familiaris ſubſidia potuiſſent accedere, refer-
imus literatorum cætus Medicæorum muni-
ntia ſpectabilis judex eſto. Ipſe tamen inſi-
quodam mediocritatis adfectu, ſuis ſatis rebus
ſultum fore putavit, ſi honeſto in otio ab ur-
is exemptus curis, ſacra Muſis facere pro li-
poſſet. Ac illud obfirmati ejus virtute ani-
præſtet fidem, qvod primum Juſtinopolis,
x etiam Avenionis deſignatus antiſtes, u-
nqve honoris, & pietatis munus conſtantiſ-
e detrectavit, unica protonotarii apoſtolici,
omitis dignitate contentus. Ejus ſcripta cum
etica, tum phyſica, & hiſtorica, & oratoria,
ſantur jam eruditorum in manibus peracris
enii adſcita laude, cum vere in ſingulis ſolidæ
vos doctrinæ liceat agnoſcere, vel id ſummo

# Date Due

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |

Library Bureau Cat. no. 1137

Digitized by Google

Z7026
.A4

Digitized by Google

3 0000 104 516 467

Digitized by Google